17. *Myurus*, panicula spicata longa nutante calycibus minutissimis muticis, flor. scabris: aristis longis, fol. setaceis. Leers. t. 3. f. 5. Gramen murorum, spica longissima. Moris. s. 8. t. 7. f. 43. Habit. in pratis arvis, muris. ⊙

18. *alopecurus*, racemo subspicato, spicul. alternis distichis aristatis, cor. villoso-ciliatis. Schousb. Maroc. 1. p. 281. Hab. in arenosis prope Tingidem. In planta culta racem. transit in paniculam secundam. Roth.

19. *bromoides*, panic. erecta secunda laxiuscula, spiculis laevibus, flosc. longissime aristatis. Lam. ill. p. 189. t. 46. f. 4. Willd. sp. 1. p. 418. F. panic. secunda erecta, flosc. subulatis aristatis apice scabris, fol. setaceis vagina brevioribus. Smith. brit. 1. p. 117. Pluck. Phyt. t. 33. f 10. Bromus. *dertonensis*. Allioni. B. *ambiguus* Cyrilli. Hab. in muris et arenosis. Valv. interior margine pubescens. An F sciuroides. Roth. Willd. 1. p. 423. eadem species?

20. *uniglumis*, panic. secunda erecta subsimplici, flosc. subulatis compressis arista-

tis, cal. valvula altera brevissima. Smith. p. 118. Raj. Syn. t. 17. f. 2. Lolium Bromoides. Huds. Stipa *membranacea* Linn.? Hab. in Angliae arenosis maritimis. Fol. lanceolata subinvoluta striata.

21. *ciliata*, culm. adscendente, fol. subconvolutis, spic. racemosa, cal. valva altera minima: corollina exteriore margine ciliata. Link. in Schrad. Journ. 2. p. 315. Habit. in Lusitaniae littore arenoso fluv. Douro, et in Gallia meridionali.

22. *Halleri*, minuta, fol. setaceis duris, panic. stricta, spicul. teretibus hirsutis, longius aristatis. Vill. delph. 2. p. 103. Hall. Helv. n°. 1441. Ilion. pedem. 2245. Cresc. in subalpinis. Culm. 2–3. unc. longus. Spic. griseae. V.

23. *montana*, panic. secunda depauperata, spicul. solitaris quadrifloris hirsutis, fol. linearib. rigidis pilosis. Savi. Pis. 1. p. 118. Hab. in monte Pisano. ♃

24. *stipoides*, panic. erecta secunda, spicul. subquinquefloris, glum. breviter aristatis, pedicellis ensiformibus. Desf. atl. 1. p. 91. Bromus stipoides. Lin. Mant. p. 557. Barrel. t. 76. f. 1. Hab. in Majorca et prope Mascar. Aristae ex apice. ⊙

25. *rubens*, panic. fasciculata secunda, spicis subsessilibus villosis rubescentibus aristis rectis elongatis. Brom. rubens. Linn. Hab. in Hispania.

Obs. Aristas in hac et antecedente specie terminales observavi. Forte Br. *rubens*. Cav. ic. 1. p. 34. t. 45. f. 2. est Brom. *scoparius* L., species adhuc dubia.

26. *scabra*, panic. secunda coarctata, spiculis compressis sexfloris flosc. scabris. Vahl. symb. 2. p. 21. Hab. ad. Cap. b. spei.

*** *Panicula aequali.*

27. *fusca*, panic. erecta ramosa, spiculis sessilibus carinatis muticis, fol. involutis. Lin. Sp. pl. 109. An. F. fascicularis. Lam.? Hab. in Palestina. Culmus altus. Spiculae erectae longae, flosc. 16. s. 24. L.

28. *decumbens*, panic. erecta, spiculis subovatis muticis, calyc. floscul. majore, culmo basi decumbente. L. Fl. suec. p. 92, 93. Leers. t. 7. f. 5. Bromus decumbens. Koel. gram. p. 242. An potius Bromus? Valv. corollinae enim margine versus basin ciliatae. Hab. in sylvaticis, pascuis. ♃

29. *pauciflora*, panic. patula, spiculis subquadrifloris aristatis scabris, fol. villosis. Thunb. jap. 52. Hab. in Japonia.

30. *elatior*, panic. secunda suberecta, spiculis obtusiusculis: exterioribus teretibus. Leers. t. 8. f. 6. Hab. in pratis fertilissimis. Est F. *elatior* plurium auctorum.

31. *spadicea*, panic. contracta subsecunda, spicul. compressis, quadrifloris muticis (coloratis), fol. linearib. demum convolutis. Smith. in Act. Lin. 1. p. 113. Willd. Sp. 1. p. 421. Hab. in Galliae montosis. Cal. valv. altera minor.

32. *arundinacea*, panic. erecta stricta, spic. oblongis erectis 4-floris brevissime aristatis. Hoffm. germ. Schreb. spicil. p. 57. Hab. in humidis ad margines rivulorum. Hujus loci. F. *elatior* Curtis. Smith. brit. 1. p. 124?

33. *caerulescens*, fol. hinc striatis rigidis, panic. secunda coarctata, spicul. subtrifloris, glumis acutis muticis. Desf. Atl. 1. p. 87. Hab. in Algeriae arvis.

34. *gigantea*, panic. secunda nutante ramosa laxa, floscul. lanceolatis ventricosis aristatis, fol. ensiformibus laevib. Smith. l. c. p. 120. Br. *giganteus*. Linn. Habit. in sylvis umbrosis humidiusculis. Glum. interior non pectinato-ciliata ut in Bromis. S. ♃

35. *poaeformis*, fol. longissimis, panic. ramosissima pallida, spiculis oblongis subduodecimfloris obtusis muticis. F. Poacoides. Thuill. Paris. p. 51. Hab. in sylvaticis siccis, Spic. primo subteretes ut in F. lolioides.

36. *poaeoides* (*americana*), glaberrima, culm. geniculato subbinodi, panicul. subconferta: ramis inferioribus simplicibus, spiculis oblongis 9–10-floris muticis. Michaux, p. 67. Hab. ad ripas fluv. St. Laurentii.

37. *polystachya*, panic. erecta coarctata, ramis s. pedicellis simplicibus: spiculis tenuibus unilateralibus 8–10-floris, fol. longissimis glabris. Michaux, p. 66. In Amer. boreali.

38. *calamaria*, panic. secunda erecta ramosissima coarctata, flosc. parvis oblongis angulatis muticis, fol. ensiformib. striatis. Smith. brit. 121. Hab. in sylvat. subalpinis Scotiae. Spic. virescunt 3–5-florae. Culm. teres, vag. longae. ♃

39. *fluitans*, culmo adscendente, panic. ramosa ramis patentibus, spiculis subsessilibus adpressis teretibus muticis. Schreb. gram. 37. t. 3. Leers. t. 8. f. 5. Poa fluitans. Smith. brit. 1. p. 95. Glum. margine scariosae s. coloratae ut in Pois. Hab. in fossis et paludibus. ♃

40. *divaricata*, culm. basi geniculato

spicul. teretibus elongatis muticis paniculato-dichotomis. Desf. Atl. 1 p. 89. t. 22. Hab. in Barbariae arenosis maritimis.

41. *misera*, panic. coarctata, glum. aristatis scabris, culmo geniculato, fol. ensiformibus. Thunb. jap. 52. Hab. in Japonia.

42. *indica*, panic. contracta erecta, spiculis compressis subaristatis subsexfloris. Retz. obs. 4. p. 21. Willd. p. 427. Rheed. mal. 12. p. 75. t. 45. Hab. in India, in agris oryzaceis. Colore coerulescenti-viridi e longuinquo dignoscitur. R.

43. *calycina*, panic. coarctata, spiculis linearibus, calyce flosculis longiore, fol. basi barbatis. L. Cavan. ic. 1. p. 33. t. 44. f. 2. Lam. ill. 191. t. 46. f. 5. Hab. in Hispania. P. *pilosa* quorumdam.

44. *pungens*, spica glomerata ovata, spicul. sexfloris teretibus lanuginosis, fol. involutis rigidis. Vahl. symbol. p. 10. t. 2. F. *mucronata*. Forsk. descr. 22. n°. 74. Hab. in Arabia. ♃

45. *phalaroides*, spica brevi densa lobata secunda, spicul. 2-3-floris hirsutis breviter aristatis. Lam. ill. 1. p. 190. Hab. in Gallia australi. An potius Dactylis?

172. BROMUS. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Spicula* oblonga, disticha: arista infra apicem sæpius bifidum, (glum. interior pectinato-ciliata. Smith.)

1. *secalinus*, panicula nutante, spiculis ovatis glabris compressis glumis nudis distinctis, aristis subulatis brevioribus flexuoso rectis. Lin. Willd. sp. 1. p. 428. B. vitiosus. Weigel, obs. p. 4. t. 1. f. 2. Habit. in agris inter segetes. Arist. subobsoletae. ⊙

2. *multiflorus*, panic. patente, spiculis pubescentib. lanceolatis compressis, glumis nudis marginatis imbricatis, aristis capillaribus aequalibus rectis. Roth. germ. I. 47. Weigel obs. bot. p. 2. t. 1. f. 1. Leers. herb. t. 11. f. 2. Scheuchz. gram. t. 5. f. 9. Inter segetes; priore rarior observatur.

3. *mollis*, panic. erecta coarctata, pedunculis ramosis, spic. ovatis (subturgidis) pubescentibus: glumis ellipticis, vaginis foliisque mollissime villosis. Lin. Smith. brit. 1. p. 126. Ubique frequens. Fol. pilis longis distincta, quo sequentes varietates? quoque conveniunt.

β *leptostachys*, cespitosus, panic. stricta pedunc. subsimplicibus, spic. ovato-linearibus glaberrimis subquinquefloris, glumis nervosis aristisque purpurascentibus, vag. foliisque pilosis. Hab. in pratis et sylvaticis.

Obs. An huc pertinet Br. pratensis Ebrh? cui spicul. quoque glabrae niti lae, uno latere subspadiceae et pedic. simplices sunt.

γ. *conglomeratus*, cespitosus, spicul. ovatis 8-floris in capitulum conglomeratis vaginisque tomentosis. Prope Montpellier lectus a Cl. Thibaud. Pedalis. Glum. minus latae.

4. *erectus*, elongatus, panic. stricta, pedunc. subsimplicibus, flosc. coloratis aristatis hirtis, fol. radicalib. angustis pilosis. Smith. brit. 1. p. 131. B. pratensis. Lam. B. perennis. Villars. B. agrestis. Allion. B. arvensis. Poll. In Europ. australioris pratis frequens. B. *inermi* similis. Spiculae saepe quasi truncatae apparent fusco-purpureae, divergentes ut in Festucis, quibus valde affinis. ♃

5. *racemosus*, panic. erectiuscula diffusa, pedunc. simplicibus, spicul. ovatis sexfloris, floscul. imbricatis depressis nervosis glabris. Smith. Brit. 1. p. 128. Moris. s. 8. t. 7. f. 19. Hab. in Angliae et Galliae pascuis, sylvaticis. Spicul. viridi alboque vittatae. Sm.

6. *canadensis*, panic. laxa capillari pendula, spiculis subsexfloris compressis, flosc. valva exteriore breviter aristata margine villosa. Michaux, Flor. 1. p. 65. Hab. in Canada.

7. *pectinatus*, panic. patente, spiculis ovatis glabris, corollae valvula interiore ciliata mutica. Thunb. prod. 22. Hab. in Cap. b. spei.

8. *lanceolatus*, panicul. ramosa erecta patente, spiculis lanceolatis glabris subcompressis, aristis floralibus rectis, seminalibus refractis. Roth. Cat. 1. p. 18. Hab. locis aridis circa mare Caspium. ⊙

9. *squarrosus*, panic. nutante, spiculis ovatis: aristis in spica matura divaricatis, pedunc. simplicibus. Scheuchz. gram. t. 5. f. 11. Hab. in Europ. australi. ⊙

10. *japonicus*, panic. patente ramosa, spiculis oblongis glabris, aristis divaricatis. Thunb. jap. p. 52. t. 11. Hab. in Japonia. ⊙

11. *alopecurus*, fol. villosis, panicula coarctata erecta, spicul. 15-floris subsessilibus pubescentibus, aristis basi contortis. Desf. Atl. 1. p. 95. t. 25. B. (*contortus*). Poiret. iter. Hab. prope la Calle. ⊙

12. *macrostachys*, culmo basi geniculato, spic. maximis teretibus glabris, aristis rigidis patentibus. Desf. l. c. p. 96. t. 19. f. 2. In Atlante prope Flemsen. Spicul. maximae, glabrae inferiores nutantes. ⊙

13. *turgidus*, panic. ramosa stricta, spic.

turgidis 6-floris subvillosis, aristis divaricatis subserratis. B. *squarrosus*, var. β. Lam. ill Buxb. Cent. 5. t.38. f. 1? Hab....

14. *simplex*, panic. simplici, spicul. sessilibus 8–10-floris glabris aristis subdorsalibus divaricatis, vaginis villosis. Hab...

15. *purgans*, panic. nutante crispa, fol. utrinque nudis: vaginis pilosis, glumis villosis. Sp. pl. 113. Willd. sp. p. 431. Hab. in Canada. Kalm. ♃. Folia latitudine arundinis, supra fere nuda. L.

16. *catharcticus*, panicul. patente erecta subsimplici, spiculis lato-lanceolatis striatis scabris, aristis brevibus rectis. Vahl. symb. 2. p. 22. Few. peruv. 705. t. 1. Hab. in Lima. Differt a priore vaginis non ciliatis.

17. *inermis*, panic. erecta, spiculis subteretibus subulatis nudis submuticis. Roth. germ. I. p. 48. Schreb. gram. t. 13. Speciosa. Schreb. spicil. p. 59. Hab. in Germania, Helvetia. ♃

18. *asper*, panic. ramosa nutante scabriuscula, spiculis linearibus subteretibus decemfloris pilosis aristatis, culmo foliisque hirtis. Aiton. Kew. 1. p. 109. B. *ramosus*. Lin. Syst. veg. ed. 13. p. 102. Nec Mant. p. 34. B. hirsutus. Curt. lond. fasc. 2. t. 8. Hab. in sylvis, ad saepes. Pili sparsi, deorsum spectant. ♂

19. *verticillatus*, panic. aperta pedunculis horizontalibus verticillatis, elongatis simplicibus ramosisque. Cav. ic. 6. p. 66. t. 590. Hab. in Regn. Aragonensis agris. Cal. 12-florus. C. Br. *sterili* affinis.

20. *pallens*, panic. erecta subcontracta, pedunc. inaequalibus, spicul.. 5-flor s: aristis capillarib. longissimis. Cav. l. c. p. 66. t. 591. f. 1. Hab. in Manilae viciniis.

21. *littoreus*, panic. erectiuscula scabra, spiculis oblongis subquadrifloris (4-6) glabris muticis. Retz. scand. ed. 2. n°. 140. B. *arundinaceus*, panicul. erecta contracta, spic. oblongis scabris subaristatis paucifloris. Roth. Flor. germ. 2. p. 141. Gmel. fib. 1. p. 110. n°. 44. t. 21. Scheuchz. gram 266. t. 5 f. 8. Hab. in Succia, Pomerania, Helvetia, Sibiria. ♃ Maximus omnium.

22. *ciliatus*, panic. nutante, fol. utrinque vaginisque subpilosis, glumis ciliatis. L. Hab. in Canada. Culmi tenues.

23. *arvensis*, panic. nutante, spiculis ovato-oblongis glabris. Weigel. obs. p. 6. t. 1. f. 3. Leers. t. 11. f. 3. B. *versicolor*. Pollich. Palat. n°. 109. Hab. ad versuras agrorum. Ant. puniceae. Spic. purpurasc. rarius viridis. ⊙

24. *sterilis*, panic. patula subsimplici pendula, spiculis oblongis distichis, glumis subulato-aristatis. Leers. t. 11. f. 4. Hab. in agris, sylvis, ad vias. Pedicelli asperi. ⊙

25. *tectorum*, panicula nutante ramosa, spiculis pubescentib. linearibus. Leers. t. 10. f. 2. Hab. in collibus siccis, tectis et muris. Panic. debilis, a minimo vento mobilis. ♂

26. *geniculatus*, panic. erecta, flosc. distantibus, pedunculis angulatis, culmo genu procumbente. Mant. p. 33. Schreb. gram. 2. p. 60. t. 31. Hab. in Lusitania. ⊙

27. *rigens*, panic. spicata: spiculis subsessilibus erectis pubescentibus subquadrifloris. Mant. 33 Hab. in Lusitania. Vaginae totum culmum tegentes.

28. *scoparius*, panic. fasciculata, spic. subsessilibus glabris, aristis patulis. Amoen. acad. 4. p. 266. Cont. Cav. ic. 6. p. 65. t. 589. f. 2. Hab. in Hispania.

29. *madritensis*, pubescens, panic. patula subsecunda, spic. linearibus retrorsum scaberrimis, aristis longissimis scabris. Vahl. symbol 2. p. 23. Cav. ic. 6. p. 67. B. panicula rariore patulo-erecta, spic. linearibus, intermediis geminis, pedicellis superne incrassatis. Lin. Amoen. acad. 4. p. 265. B. *diandrus*, flosc. lanceolatis nervosis diandris. Smith. Flor. brit. 1. p. 135. B. *rigidus*. Roth. Catal. 1. p. 17. B. *maximus*. Desf. Atl. t. 26. Hab. in Anglia, et in suburbiis Matriti, et in regno Valentino. ⊙

* *Culmo s. panic. simplici.*

30. *gracilis*, villosus, spica simplici gracili, spicul. alternis sessilibus tereliusculis longius aristatis. Weig. obs. p. 15. B. sylvaticus. Smith. brit. 1. p. 136. In nemorib. Vagin. et fol. magis lanata.

31. *pinnatus*, glaber, spic. simplici disticha, spicul. alternis subsessilibus teretibus longis subaristatis, culm. nodis pubescentibus. Lin. Willd. sp. 1. p. 438. Triticum Hall. Festuca Kohl. Hab. in graminosis sylvaticis.

† 32. *longifolius*, culm. basi ramoso, fol. involuto-subulatis culmum aequantibus, spicul. teretibus recurvatis. Schousb. Maroc. ed. germ. p. 31. In Barbaria.

33. *retusa*, caespitosa, culm. elongato simplice, fol. subulatis breviusculis, spic. teretibus submuticis, glum. apice retuso-mucronatis. Hab. in Gall. meridionali, in maritimis. B. *ramosus* L. Willd. sp. 1. p. 437? B. *caespitosus*. Desf. Atl. 1. p. 91?

34. *distachyos*, spiculis ut plurimum

duabus

duabus erectis alternis. Lin. Festuca ciliata. Gouan. Hab. in Europa australi et Oriente. Var. spicul. 1, 2 et 3. B. *polystachyos*. Lam. ill. 1. p. 195.

Obs. Quae hac in subdivisione enumeratae species eodem jure ad Festucas aut ad Tritica amandari possent. Valvula interior pectinato-ciliata certius Bromi indicium praebet, quam aristae insertio, dicit cl. Sm. (Flor. Brit. 1. p. 137), quae in his terminalis est.

173. KOELERIA. *Cal.* multiflorus, 2-valvis, compresso-carinatus. *Cor.* 2-valvis, brevi-aristata: glumis nervosis. (Spica composita ex spiculis compressis, sæpius pubescentibus subsessilibus.)

1. *gracilis*, spica basi interrupta elongata subramosa, spicul. bifloris nitidis muticis. Poa nitida. Lam. ill. 1. p. 182. Poa cristata. Krocker. sil. ic. An Aira subspicata. L.? Hab. in sylvaticis. Fol. angusta, dein convoluta.

2. *cristata*, spica laxiuscula, spiculis divergentibus 3-4-floris subaristatis rugulosis carina subciliatis. Poa cristata auctorum. Fol. plana vag. et culm. apice pubescens.

α. *grandiflora*, spiculis magnis dilatatis. Ex Helvetia. Richard.

β. *pectinata*, panic. spicata nitida, glum. patulis pectinatis subquinquefloris, culm. superne villoso. Lam. l. c.

γ. *pyramidata*, panic. pyramidali, glum. laevibus nitidis muticis trifloris, vagin. villoso-pubescentibus. Lam. l. c. p. 183.

3. *tuberosa*, spica elongata densa, spic. 2-floris subciliatis, culm. basi tuberoso, fol. linearibus. Aira *vallesiaca* Allioni? Aira cristata. Smith. brit. 1. p. 83. etiam hujus loci. Hab. in Italia, Anglia et Helvetia.

β? *setacea*, rad. tuberosa, fol. brevibus duris setaceis, spica cylindrica, cal. 2-3-floro subovali obtusiusculo inermi glabro, cor. subarista. Richard. Hab. in Pyrenaeis. An mera varietas?

4. *Phleoides*, spic. cylindrica, spicul. 5-floris aristatis, glumis sublanceolatis nervosis hirsutis exasperatis. Festuca. Villars. Dauph. 2. p. 95. Avena pumila. Lam.? videtur. Poa *cristata*. Linnaei. Hab. in Gallia meridionali et in Barbaria.

5. *villosa*, vagin. subturgida foliisque pubescentibus, spica ovata, spicul. 2-floris villoso-hispidis. Phalaris pubescens. Poiret. Aira pubescens. Vahl. symb. 3. p. 9. Desf. Atl. 2. p. 446. Hab. in Europa et Barbaria ad maris littora.

174. TRISETUM. *Cal.* 2-3-florus, acuminatus, carinatus. *Cor.* aristis 2 terminalibus subdentiformibus (glum. apice setoso-bifidis), 1 dorsali recta nec contorta, flosc. utplurimum glabris. (*Spiculæ* compressæ, pallescentes.)

1. *striatum*, panicula tenui, pedicellis brevibus incrassatis, cal. glumis nervosis, 2-3-floris striatis, floscul. basi villosis. Avena striata. Lam. ill. 1. p. 200. β. A. *dubia*. Leers, *tenuis*. Willd. 1. p. 448. γ. *hirta*, fol. hirsutis. A. *triaristata*. Villars. Huc quoque pertinere videtur Bromus triflorus. L. Cfr. Koel. gram. p.... Hab. in Europa austr.

2. *villosum*, panic. trichotoma, cal. bifloris, cor. (*triaristatis*), aristis lateralibus basi villosis brevioribus. Thunb. prod. p. 22. Avena triseta. Hab. cum sequente ad Cap. b. spei.

3. *nudum*, panicula trichotoma, cal. 2-floris, aristis nudis: intermedia longiore. Av. pallida. Thunb.

4. *nitidum*, panic. spicata, glumis membranaceis nitidis villosis (triaristatis) Desf. Atl. 1. p. 102, t. 31. f. 2. In arenosis prope Mascar. Spicul. majusculae.

5. *luteum*, panic. patente, cal. 2-floris subulatis, cor. nudis triaristatis: arista intermedia flexuosa. Lin. suppl. p. 112. In insula Martinica.

6. *parviflorum*, fol. pubescentibus, panic. laxa, cal. 2-3-floris, arista brevi setiformi infra glumae apicem. Desf. l. c. 103. t. 32. Hab. inter segetes in Atlante.

7. *pratense*, panic. subcontracta, spic. nitidis, vagin. longis striatis glabris, fol. superne villosis. Av. *flavescens*. L. Leers. t. 10. f. 5. In pratis frequens. An Bromus bifidus. Thunb. jap. hujus quoque loci.

8. *paniceum* (lusitanicum), panic. contracta, vaginis hirsutis. Link. in Schrad. bot journ. 8. p. 314. Hab. in Lusit. Sequen. affine.

9. *hispanicum*, panic. subspiciformi vaginis foliisque subpilosis. Av. Loeflingiana. L. A. panicea. Lam. ill. p. .... non multum differt. Habitat in Hispania.

β? *pisanum*, panic. ex spicis densis composita, spicul. subquadrifloris, fol. sublanceolatis vaginisque pilosis. Av. neglecta. Savi. Flor. Pis. I. p. 132. t. 1. f. 4. Hab. in campis prope Pisam frequens. Communicatum a cl. auctore.

10. *ovatum*, spica ovata densa, spicul. 3-5-floris, fol. villosis brevibus. Cav. ic. 6. p. 67. t. 591. f. 2. sub Bromo. Cresc. in Hispaniae collibus. Spic. saepius quoque globosa, pallide virens.

11? *Aristidoides*, panic. trichotoma, cal. bifloris, cor. bifidis aristatis. Thunb. prodr. 22. sub Avena. Ad Cap. b. spei.

Obs. Nonnullae generis *Avenae* species ex. gr. Av. pensylvanica, lupulina et purpurea huc quoque pertinere videntur, quae ulterius examen hinc merentur.

175. LAGURUS. *Cal.* 2-valvis, 1-florus: aristis villosis. *Cor.* gluma exterior aristis 2 terminalibus, tertia dorsali retorta.

1. *ovatus*, spica ovata villosa. L. Schreb. gram. t. 19. f. 3. Smith. brit. 1. p. 143. Alopecuros. Moris. s. 8. t. 4. f. 1. Habit. in Europ. austral. campis arenosis.

176. PAPPOPHORUM. *Cal.* 2-valvis, 2-florus. *Cor.* 2-valvis, multiaristata.

1. *alopecuroideum*, Vahl. symbol. 3. p. 10. t. 51. Saccharum pappiferum. Rich. Lam. ill. 1. p. 159. Hab. in Americ. ♃ Folia convoluto-subulata.

177. ARISTIDA. *Cal.* bivalvis, uniflorus. *Cor.* 1-valvis: aristis tribus terminalibus.

1. *adscensionis*, panicula ramosa, spicis sparsis. L. Willd. sp. 1. p. 458. Aristida *paniculata*. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 16. t. 2. f. 56. Hab. in Jamaicae australis locis sabulosis et insula Adscensionis.

2. *americana*, panic. simplici, cor. bivalvibus, altera aristis dorsalibus, altera terminalibus. Swartz. obs. 41. t. 2. f. 2. Lin. Amoen. acad. 5. p. 393. Hab. in Amer. calidioris sabulosis.

3. *gigantea*, panic. elongata effusa secunda, aristis subaequalibus rectis. Lin. suppl. 113. Hab. in Teneriffa. Gram. altissimum, glaberrimum.

4. *Hystrix*, panic. divaricata patentissima, flosc. simplicissimis glabris, aristis rectis divaricatis. Linn. supp. 113. Pluck. alm. 174. t. 191. f. 3. Habit. in Malabaria et ad Cap. b. spei. Gramen repens stoloniferum.

5. *pallens*, panic. pauciflora, pedicell. alternis bifloris approximatis, aristis capillaribus longissimis. Cavan. icon. 5. p. 43. t. 468. f. 2. Habit. in regno Chilensi. Fol. filiformia.

6. *vestita*, panic. trichotoma patenti, aristis aequalibus glabris, calyce inaequali. Thunb. prod. 19. Hab. in Cap. b. spei.

7. *dichotoma*, cespitosa, culm. dichotomis subspicatis, arista contorta gluma breviore: lateralibus brevissimis. Mich. Flor. 1. p. 41. Hab. in Carolinae superioris glareosis.

8. *stricta*, culm. foliisque pubescentibus strictis, racemo in spicam elongatam coarctato, aristis gluma longioribus. Mich. l. c. In Carol. infer. Var. fol. planiusc. et convolutis.

9. *oligantha*, culm. stricto subramoso, fol. convoluto-filiformibus, flor. distantibus solitariis. Michaux. l. c. Hab. in pratis Illinoensibus. Fol. longissima.

10. *rigida*, panic. contracta, fol. rigidis acuminatis glabris culmo parallelis, aristarum media duplo longiore. Cav. icon. 5. p. 44. t. 469. f. 2. Hab. in insul. Philippicis.

11. *vagans*, panic. ramis divaricatis paucifloris, cor. calyce longiore, aristis brevibus: media productiore, fol. subulatis. Cav. 5. p. 45. t. 471. f. 2. Hab. in Nov. Hollandia.

12. *laxa*, panic. laxa: pedicellis nudis elongatis bifidis, spicis terminalibus, aristis lateralibus brevissimis. Cav. l. c. t. 470. Hab. prope Montevideo. Arista glum. longior basi contorta.

13. *Luzonensis*, culm. ramoso, panic. contracta, spiculis alternatim pluribus; aristis subaequalibus. Cav. l. c. t 470. f. 2. Hab. in ins. Philippica *Luzow*. Cor. margine involuta et in maturis in cylindrum convoluta punctisque fuscis variegata. C.

14. *ternipes*, panic. coarctata longissima: ramulis alternatim ternis capillaribus: aristis 2 lateralibus brevibus. Cav. l. c. p. 46. Fol. convolutum subulatum. †

15. *murina*, panic. densa spicaeformi: ramis alternatim binis subquinquefloris, calycibus violaceis. Cav. l. c. p. 44. t. 469. f. 1. Hab. in Mandanao insula. Hordeum refert. Palmaris.

16. *caerulescens*, panic. coarctata elongata arcuata subsecunda interrupta, aristis laevibus subaequalib., fol. glabr. Desf. Atl. 1. p. 109. Habit. in arvis prope Kerwan. ♃

17. *elatior*, caule ramoso altissimo, panic. elongata, cal. violaceis, aristis aequalibus. Cav. ic. 6. p. 65. t. 589. f. 1. In Hispaniae aridis prope mare Malacitanum, etiam In regno Valentino.

18. *arundinacea*, paniculata, arista in-

termedia longiore laevi. Lin. Mant. p. 186. In India. Arist. subrecurvata; ad hujus basin utrinque arista minuta vix manifesta. L.

19. *depressa*, culm. trifido-ramosis decumbentibus, aristis scabriusculis. Retz. obs. 4. p. 22. In Malabariae sterilibus.

20. *setacea*, culm. stricto simplici, aristis scabriusculis. Retz. l. c. + Cor. basi lanata uti in praecedente. An ambae species satis distinctae?

21. *interrupta*, panic. ramis interruptis, fol. vaginantibus subulato-longissimis, aristis ciliatis. Cav. ic. 5. p. 45. t. 471. f. 2. Hab. in Mexico.

22. *lanata*, arista intermedia longiore lanata, culmis villosis. Vahl. symbol. 1. p. 11. t. 3. Lam. ill. t. 41. f. 1. *lanata*, panicula ramosa, arista medio lanata. Forsk. descr. 25. n°. 87. Hab. in Armenia, et in regno Tunetano. Desf. p. 109. Aristis lanatis refert Stipam pennatam.

23. *capensis*, panicul. trichotoma patente, aristis omnibus villosis. Thunb. prod. 19. Avena *capensis*. Lin. suppl. 112. Hab. ad Cap. b. spei.

24. *pungens*, culm. fruticoso, fol. subulatis rigidis; panic. laxa, aristis plumosis. Desf. Atl. 1. p. 109. t. 35. Hab. in Barbariae arenis humidis. ♄

178. STIPA. *Cal.* 2-valvis, 1-florus. *Cor.* brevior, 2-valvis: valv. involutis truncatis. *Arista* terminalis, basi contorta, decidua, longissima.

1. *pennata*, foliis filiformibus, aristis plumosis basi glabris. L. Willd. sp. 1. p. 440. Lam. ill. 1. t. 41. f. 1. Hab. in Germania et Suecia. ♃

2. *barbata*, fol. rigidis striatis, aristis longissimis totis barbatis. Desf. Atl. 1. p. 97. t. 27. Hab. in Barbariae collibus. ♃.

3. *humilis*, flor. panic. spicatis vagina subinclusis, aristis pennatis. Cav. ic. 5. p. 41. t. 466. f. 1. In Americ. meridionali. Arista medio pilis longis barbata.

4. *tortilis*, panic. spicata basi involuta, cal. interiore villoso, aristis tortilibus. Desf. l. c. p. 99. t. 31. f. 1. Hab. in arvis. Flosc. decidui vestimentis adhaerent cutimque pungunt viatorum damno. D. ⊙

5. *juncea*, fol. convolutis filiformibus, panic. laxa elongata, aristis longis pubescentibus. Desf. Atl. I. p. 98. t. 28. β. Stipa *juncea*, aristis nudis rectis, cal. semine longioribus. Lin. Willd. sp. 1. p. 440. Hab. in collibus aridis. ♃

6. *capillata*, arist's nudis curvatis, calycibus semine longioribus, fol. intus pubescentibus. Lin. Hab. in Germania, Gallia. An Var. prioris? ♃

7. *tenacissima*, aristis basi pilosis, panicula subspicata, fol. filiformibus. Amoen. acad. 4. p. 266. Desf. l. c. p. 99. t. 30. Hab. in Hispaniae et Barbariae collibus arenosis. Panic. flavesc. ♃

8. *capensis*, aristis basi pilosis, panic. spicata, foliis ensiformibus. Thunb. prod. 19. Hab. in Cap. b. spei. ♃

9. *spicata*, aristis basi pilosis, racemo spicato secundo. Thunb. prod. 20. Linn. suppl. 111. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

10. *bicolor*, aristis nudis, seminibus obovatis basi barbatis. Vahl. symbol. p. 24. Cav. ic. 5. p. 42. t. 466. f. 2? Hab. in Brasiliae monte Video.

11. *eminens*, aristis nudis, seminibus tomentosis, fol. striatis. Cav. l. c. t. 467. f. 1. Hab. in Mexico. Panic. laxa, pedalis. C.

12. *virginica*, panic. pauciflora, calyc. majusculis, cor. stipitata: stipite barbato. Mich. Flor. 1. p. 53. Hab in sylv. Virginiae et Carol. superioris. Arista crassa, longissima. Stipa avenacea. Walt. St. barbata. Michaux.

13. *sibirica*, paniculata, aristis nudis cal. duplo longiorib, seminibus lanatis. Lam. ill. 1. p. 158. Avena sibirica Lin. Hab. in Sibiria.

14. *Aristella*, aristis nudis rectis cal. subduplo longioribus, germinibus laxatis. Lin. Hab. Monspelii prope Foulon. ♃

15. *avenacea*, aristis nudis, calycibus semen aequantibus. Sp pl. 116. Andropogon folio superiore spathaceo, peduncul. lateralibus oppositis unifloris, aristis flexuosis. Gron. Virg. 138. Hab. in Virginia.

16. *parviflora*, fol. radicalibus rigidulis filiformibus, panicula diffusa, aristis medio capillaribus. Desf. p. 98. t. 29. In Barbariae collibus aridis. ♃

179. AVENA. *Cal.* 2-valvis, multiflorus: arista dorsali, contorta. (Glumæ membranaceæ subfolliculosæ.)

1. *stipiformis*, panic. calycib. bifloris, aristis semine duplo longioribus, culmo ramoso. Lin. Mant. p. 34. Willd. sp. 1. p. 444. Hab. ad Cap. b. spei. Culmi saepe reclinati, geniculis fuscis. Ramus etiam florifer. L.

2. *pensylvanica*, panic. attenuata, cal. bifloris, seminib. villosis, aristis calyce duplo longioribus. Lin. Sp. l. 117. Hab. in Pensylvania. ⊙

3. *brevis*, paniculata, calycib. subtrifloris, seminib. brevibus obtusis, apice bidentatis, arista dorsali scabra. Roth. germ. I. 40. Hab. inter segetes ducatus Bremensis.

4. *alba*, paniculata, calyc. bifloris, corol. pilosis, altera aristata. Vahl. symb. 2. p. 24. Hab. in regno Tunetano. Fol. glauca. Petala villis candidissimis ad basin pilosa. Vahl.

5. *strigosa*, panic. oblonga contracta secunda, flosc. geminis apice biaristatis, dorso arista geniculata. Schreb. spicil. 52. Retz. obs. 1. p. 11. Hab. inter segetes. ⊙ An Trisetum?

6. *orientalis*, panic. coarctata secunda, spiculis bifloris horizontalibus parallelis, seminibus laevibus. Schreb. spicil. 52. A. racemosa. Thuil. Paris. p. 59. Hab. in cultis.

7. *sativa*, paniculata, calycib. dispermis, seminibus laevibus altero aristato. Originem habet ex insula Juan Fernandez versus Chili. L. Var. flor. muticis et seminibus nigris. ⊙

8. *Forskaelei*, paniculata, calycib. trifloris cor. hirsutis aristatis, culmo ramoso, fol. involutis rigidis. Vahl. symbol. 2. p. 25. Avena pensylvanica. Forsk. 23. n°. 81. Hab. in Aegypto.

9. *nuda*, paniculata, calyc. trifloris receptaculo calycem excedente, petalis dorso aristatis; tertio flosc. mutico. L. Sp. pl. 118. Hall. comm. nov. Goett. VI. p. 19. t. 2. et 4. Moris. s. 8. t. 7. f. 4. Hab.? Affinis A. sativae, sed semina decorticata decidunt. ⊙

10. *fatua*, paniculata, calyc. trifloris, flosculis patulis omnibus aristatis basique hirtis. Schreber. gram. 109. t. 15. Habit. in agris inter segetes. ⊙ Gram. altum. Flosc. barba lutesc.

11. *sterilis*, panicul., cal. 5-floris, flosc. pilosis: interioribus muticis. Lin. Pet. Gaz. t. 38, f. 7. In Europa austr. Var. prioris? ⊙

12. *elephantina*, panic. composita, cal. quadrifloris corol. pilosis bifidis aristatis. Thunb. prod. 23. Hab. in Cap. b. spei.

13. *sequitertia*, paniculata, cal. subtrifloris, flosc. omnibus aristatis, receptaculis barbatis. L. Mant. 34. Scheuchz. gram. 220. t. 4. f. 17. Hab. passim in agris. Flor. pilosi videntur, sed pili omnes insident pedicellis s. receptaculis intra calycem. L.

14. *elatior*, panic. subcontracta nutante, glumis bifloris: flosc. hermaphrodito submutico; masculo aristato, culm. geniculis glabris, radice repente. Willd. in N. Act. Soc. Berol. v. 2. Schreb. gram. 1. t. 1. Leers. t. 10 f. 4. Holc. *avenaceus* quorumd. In pratis et pomariis frequens. ♃

15. *bulbosa*, panic. verticillata, glumis bifloris polygamis, genicul. pubescentibus, radice nodosa bulbosa. Willd. l. c. Av. praecatoria. Thuill. Hab. passim in agris et arenosis. An varietas?

16. *sempervirens*, panic. subpatula, cal. trifloris hermaphroditis basi lanatis, fol. rigidis subinvolutis intus striatis. Villars. Delph. 2. p. 140. t. 5. Hab. in montosis apricis Delphinatus. β. *striata*, fol. longissimis intus striatis, cal. 2-floro. Lam. ill. gen. Cresc. cum priore et in H. P. colitur.

17. *pallens*, panic. ramis erectis, cal. bifloris, cor. hirsutis, fol. setaceis. Link. in Bot. Journ. 2. p. 314. Hab. in Lusitania. Av. *elatiore* minor dicitur.

18. *setacea*, fol. setaceis, vagin. lanuginosis, panic. purpurascente, flosc. majusculis, cal. 3-floris, aristis nigris recurvis. Villars, p. 144. t. 5. A. *subulata*. Lam. ill. 201. A. *aurata*. Allioni. Habit. in Helvetiae, Italiae et Gall. meridion. alpibus.

19. *odorata*, glum. trifloris acuminatis, flosc. diandris, arista inclusa recurva. Hof. germ. ed. 2. p. 58. Holc. odoratus. L. Flor. dan. t. 963. Savastana hirta. Schrank. Flor. bav. 1. p. 337. In pratis pascuis montosis Europae australioris.

20. *redolens*, fol. involutis, glum. 3-floris, flosc. lateralibus mascul. aristatis margine pilosis. Vahl. symb. bot. 2. p. 102. Sub Holco. Hab. in Terra del Fuego.

21. *palustris*, fol. planis linearibus, panic. confertiuscula, glum. 2-floris flosc. glabris: altero mutico, altero ad apicem tenuissime aristato. Michaux, Flor. p. 72. In Gergor. et Carol. paludosis.

22. *pratensis*, panic. erecta, cal. subquinquefloris, recept. pilosis, fol. involutis serrulatis glabris. Smith. brit. p. 141. Leers. tab. 9. f. 1. Hab. in pratis et pascuis. Spic. majusc. purpureo-argent. ut in sequente.

23. *pubescens*, panic. erecta subsimplici, cal. subtrifloris, recept. barbatis, fol. planis vaginisque pubescentibus. Smith l. c. p. 140. Leers. f. 2. In pratis, collibus et fruticetis.

β. *montana*, fol. caespitosis planis subhirsutis rigidis, panic. erecta ramosa, spicul. pedunculatis subtrifloris. Vill. delph. 2. p. 151. Hab. in pratis montosis. ♃

24. *versicolor*, subspicata, calyc. subquinquefloris, rachi pilosa. Willd. sp. 1 p. 452. Panic. spicata flavescente, spiculis sexfloris distinctis, rachi hirsuta, pedunc. longitudine spicularum. Vill. delph. 2. p. 142. t. 4. f. 5. Avena Scheuchzeri. Allion. pedem. 2259. Scheuchz. it. alp. 6. p. 455. t. 19. Hab. in Alpibus.

25. *distichophylla*, panic. subspicata, calyc. trifloris, flosculis basi pilosis, culmo basi ramoso, fol. distichis. Willd. sp. 452. A. culmis basi ramosis, foliis fasciculatis distiche patentibus, paniculae spiculis binatis trifloris. Villars. l. c. p. 144. t. 4. f. 4. Hab. in alpibus Helvetiae, Delphinatus. ♃

26. *pumila*, flor. paniculato-spicatis, spicul. sub 4-floris, glum. dorso ciliatis aristam setiformem aequantibus. Desf. Atl. 1. p. 103. Hab. in Barbariae arenosis.

27. *hispida*, spic. racemosa (simplice) cal. 3-floris piloso-hispidis. Thunb. prodr. p. 22. Willd. sp. 1. p. 451. Av. *capensis*. Burm? Ad Cap. b. Spei. Vag. pilosa.

28. *mollis*, tota mollissime pubescens, panic. racemoso spicata, cal. 2-floris. Michaux, p. 72. Hab. in Canada.

29. *lupulina*, panic. coarctata ovata, cal. 3-4 floris lanceolatis, cor. villosis, gluma exteriori bisubulata, arista intermedia reflexa, vagin. tomentosa. Lin. suppl. 113. Thunb. prodr. p. 23. Hab. ad Cap. b. spei. Panic. lutea, arcte coarctata in figuram Coni lupulini.

30. *purpurea*, glaberrima, panicula coarctata, calyc. quadrifloris, cor. villosis aristatis, culmo decumbente. Lin. supp. 112. Cum priore. Glum. calycinae purpureae. Flor. lanugine alba vestiti.

31. *antarcta*, panic. coarctata, calyc. quadrifloris, cor. bifidis aristatis. Thunb. prod. 22. Hab. in Cap. b. spei.

32. *striata*, panic. coarctata rariflora, glum. 5-flora, flosc. subimberbibus, valv. exteriore striata, dorso longe aristata, sem. nudo. Michaux, Flora p. 73. Hab. per tractus montium a sinu Hudsonis ad Canadam.

33. *glumosa*, panicul. rariflora, gluma calyc. flosc. 6 longiore, cor. valv. exteriore ex apice bicorni aristata. Michaux. For. p. 72. Avena spicata. Lin. Willd. 1. p. 453. Hab. in Pensylv. et Carol. Infloresc. revera panicula nec spica. Arista-basi spiralis. ♃

34. *calycina*, spicata, gluma flosc. 5 aequantibus. A. *calycina*, fol. planis basi pilosis, panic. simplici spicul. 5-floris longitudine calycis. Vill. delph. 2. p. 148. t. 9. f. 9. Hab. in Delphinatu. Spic. secundae. ⊙

35. *fragilis*, spicata, spica fragili articulata, cal. 4-floris flosculo longioribus. Lin. Mant. p. 326. Schreb. gram. t. 24. f. 3 Hab. in Europa australi. Triticum non male refert. ⊙

36. *bromoides*, subspicata, spiculis pluribus subconvoluto-teretibus 8-floris, aristis divaricatis. Lin. Monti. prodr. t. 66. In Helvetia, Monspelii, et in Algeriae collibus. ♃

180. SORGHUM. *Flor.* polygami, paniculati. Flosc. gemini: altero hermaphrodito sessili, altero postico pedicellato masculo neutrove.

Hermaphr. Cal. 2-valvis. *Cor.* 3-valvis: valv. secunda aristata, tertia nectaria villosa connectens. *Cor.* in masc. mutica. *Sem.* majuscula.

1. *vulgare*, panic. coarctata ovali: maturescente cernua, seminib. nudis utrinque subcompressis. Holc. Sorghum. Lin. H. Dora. Mieg. in Act. Helv. 8. t. 4. f. 3. Hab. in India. Sem. alba, puncto umbilicali nigro.

β? *bicolor*, glumis glabris nigris, seminibus globosis albis aristatis. Lin. Mieg. l. c. p. 129. t. 4. f. 4. Gaertn. de sem. 2. p. 3. Hab. in Persia.

γ. *rubens*, glumis glabris dilute castaneis semine dimidio brevioribus, seminib. nudis obovatis rutilantibus. Gaertn. l. c. Besl. Eyst Autumn. II. t. 13. f. 1? In Africa.

2. *saccharatum*, panic. subverticillata patentissima, sem. ellipticis glumis villosis persistentibus tectis. Mieg. l. c. p. 119. t. 4. f. 1? Altitudo humana. Fol. Sacchari, linea longitudinali alba. Lin.

3. *halepense*, panic. sparsa, glumis oblongis glabris, flor. hermaphroditis lanceolatis muticis, foemineo aristato. Lin. Schreb. gram. p. 129. t. 18. Mieg. t. 4. f. 2. In Syria et Mauritania. Sem. oblonga, complanata. Fol. acuminato-setacea.

4. *nitidum*, glumis 1-floris villosis, flor. omnibus muticis, culm. geniculis barbatis. Vahl. symb. p. 112. Sub Holco. Hab. in India.

181. MIEGIA. *Stigmata* tria. Flor. polygami paniculati. *Cal.* multiflorus, 2-valvis, brevis, inaequalis. *Cor.* 2-valvis (mutica). *Appendices* bini, lato-lanceolati,

acuti, plani in utroque flore. *Sem.* nudum, maximum.

1. *macrosperma.* Arundinaria *macrosperma*, altissima glabra, fol. lineari-lanceolatis subdistichis. Michaux. Flor. amer. 1. p. 74. Ad ripas flum. Missisippi. Martio florens. Habitus Bambois aut Nasti. Ab omnibus hucusque cognitis graminibus tum stigm. 3, tum semine grandi sane differt.

182. TRICHOON. *Cal.* 2-valvis, 1-florus. *Cor.* 2-valvis, cal. duplo major: uterque nudus. *Germen* lana cinctum.

1. *Karka.* Roth. Catal. 2. p. 2-3. Arundo karka. Retz. obs. 4. p. 21. Vulgare in India orientali, ubi ad tecta adhibetur.

Obs. In Saccharo *Calyx*, in Arundine *Corolla*, in Trichoo *Germen* tantummodo lana est cinctum.

183. ARUNDO. *Cal.* 2-valvis, 1-multiflorus, glaber. *Cor.* lana (longa) cincta.

1. *Donax*, cal. quinqueflor. panic. diffusa, culmo subfruticoso. L. Willd. sp. 1. p. 454. Hab. in Europa australi et Barbaria, Carniolia, collibus calidis. Gram. altum. Var. fol. pictis.

2. *mauritanica*, culmo fruticoso, flor. paniculatis, cal. 1-3-floris, glum. exteriore subaristata. Desf. atl. 1. p. 106. A. micranthus Lam. Monti prodr. t. d. f. Habit. in Algeria. Priori affinis sed tenerior, hortis sepiendis inservit. ♄

3. *festucoides*, spicul. compressis subquadrifloris, glumis mucronatis, fol. asperis striatis. Desf. Atl. I. p. 168. t. 34. A. biflora. Lam. A. mauritanica. Poiret. A. tenax. Vahl? Hab. in Barbariae collib. incultis, ubi densissimo caespite crescit. ♃

4. *Phragmites*, calycib. quinquefloris panicula laxa. Hab. in Europae et Barbariae lacubus, fluviis. ♃.

5. *bifaria*, culmo erecto folioso, fol. bifariis, panic. coarctata, calycib. trifloris. Retz. Hab. in fossis Indiae orientalis.

6. *benghalensis*, calycib. bifloris, paniculae erectae pedicellis trifloris. Retz. obs. 5. p. 20. Hab. in Bengala. Culmi alti inanes crassi foliosi. R.

7. *sagittata*, altissima, cal. 2-floro; panic. densa nutante, fol. lanceolatis longissimis serrulato-aculeatis. Saccharum sagittatum. Aublet Guian. 1. p. . . . Habit. in Gujana et St-Domingo. Gram. altissimum.

8. *conspicua*, calycib. unifloris, panic. erecto-patente, petali exterioris arista reflexa longissima. Forst. prod. n°. 48. Habit. in Nova Zeelandia.

9. *Epigejos*, calycib. unifloris, panicula erecta, fol. subtus glabris lanceolatis. L. Smith. brit. 1. p. 145. Hab. in collibus aridis. ♃ Flosc. minus papposi.

10. *stricta*, cal. 1-floris, cor. lanceolatis glabris: exterioris arista dorsali erecta, panic. coarctata spiciformi, culm. simplici. Timm. in Roth. N. Beytr. 1. p. 118. Habit. prope Mecklemburg. ♃

11. *Calamagrostis*, cal. unifloris laeribus, cor. lanuginosis, culmo ramoso, fol. linearibus. Smith. l. c. Engl. bot. t. 403. Flor. Dan. t. 280. Hab. in uliginosis.

12. *bicolor*, panic. coarctata elongata, cal. 2-floro: flosc. altero sterili, glum. subaristatis. Desf. l. c. p. 107. t. 33. Habit. prope la Calle. ♃

13. *arenaria*, cal. 1-floris cor. longioribus, panic. spicata, flor. erectis muticis, fol. involutis pungentibus. Lin. Smith. brit. 1. p. 148. Flor. dan. t. 917. Moris. sect. 8. t. 4. f. 16. An hujus generis? Phal. *arundinaceae* affinis. Ligula lanceolata, quae in Ph. arundinacea brevissima. In arenosis maritim.

184. SACCHARUM. Flor. omnes hermaphroditi. *Cal.* lanugine longa involucratus, 2-valvis. *Cor.* 1-2-valvis, mutica, aut aristata. *Stam.* 1-3.

1. *Teneriffae*, foliis subulatis planis, flor. paniculatis muticis, involucro piloso nullo, calyce villosissimo. Lin. suppl. p. 106. Willd. sp. 1. p. 320. Hab. in Teneriffa.

2. *japonicum*, racemis fasciculatis, petalis ciliatis: exterioribus aristatis. Thunb. in Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 328. S. polydactylon. Thunb. jap. p. 42. Houttuyn. t. 89. f. 1. Hab. in Japonia.

3. *spontaneum*, fol. convolutis, panicula effusa: spicis capillaribus simplicibus, flor. remotis involucratis geminatis; altero pedunculato. Lin. suppl. 106. Hab. in Malabariae aquosis. ♃ Culmi 12-pedales.

4. *officinarum*, flor. paniculatis geminatis: altero sessili, altero pedicellato, cor. 1-valvi mutica. Lin. Hort. cliff. p. 26. Rumph. amb. 5. p. 186. t. 74. f. 1. In utraque India. β. *violaceum*, fusco-violaceum, culm. nodis magis approximatis. Habit. in

Indis. Ulterius examinandum, et determinandum gramen.

5. *arundinaceum*, paniculae confertae pedunculis divisis, flosc. geminis sessili pedicellatoque, coroll. trivalvibus polygamis. Retz. obs. fasc. 4. p. 14. n°. 34. Habit. prope Tranquebar. Styli nigricantes. Culmi ad tectorum stratum adhibentur. Retz.

6. *polystachyon*, flor. paniculatis, spicis filiformibus longissimis fastigiatis, flosc. remotiusculis. Swartz. prod. 21. Ejusd. Flor. p. 127. In insula St. Christophori, Ind. occid. Rachis filiformis.

7. *benghalense*, panicul. confertae pedunculis divisis, flosc. geminis sessili pedicellatoque, corol. bivalvibus hermaphroditis. Retz. obs. fasc. 5. p. 16. Hab. in Bengalia. ♃ A priore differt cor. bivalvibus, et stimg. fusco-flavescentibus. Retz.

8. *repens*, panic. patula, flosc. geminatis sessilibus aristatis, fol. planis, vaginis pilosis. Willd. p. 322. Hab. in Guinea. ♃ Culm. pedalis simplex. Panic. patens, magnitudine Holci lanati. W.

9. *Ravennae*, panic. laxa: rachi lanata, flor. aristatis. Andropogon Ravennae. Lin. Spec. p. 1481. A. furcta alpium Ravennae. Zanon. hist. 1. p. 64. t. 24. Moris. s. 8. t. 8. f. 32. Hab. in Italia.

** Imperata: *spic. cylindrica, flor. 2-andris.*

10. *cylindricum* (*europaeum*), panic. spicata cylindrica sericea, ramulis brevissimis composita, flor. muticis diandris, fol. convolutis. Lamark. encyc. 1. p. 588. t. 40. f. 2. Lagurus cylindricus. Lin. S. *Sisca*. Cav. ic. 3. t. 2. S. Thunbergii. Willd. 1. p. 323? Imperata arundinacea. Cyrill. ic. rar. 2. fasc. 2. t. 11. Hab. Monspelii, in Italia, Africa, Hispania et Barbaria. Habitu a Saccharis recedit. Spica nivea lanata. ♃

11. *Koenigii* (*indum*), panic. spicata cylindrica, flor. diandris, culmo geniculis barbatis, fol. planis. Retz. obs. 5. p. 16. Hab. in India.

*** Erianthus. Cal. gluma bivalvis, mutica, valvis lineari-oblongis canaliculatis, basi villis densis involucrata. *Cor.* bivalvis: valva interiore longe aristata. 1-andra.

12. *giganteum*, vaginis lanatis, gluma villis breviore, valvis exterioribus villosis. Mich. Flor. Boreal. Amer. p. 55. Anthoxanthum giganteum. *Walt.* Gram. 6-9-pedale. Hab. in Carolinae humidis.

13. *brevibarbe*, vaginis collo subvillosis, gluma villis longiore, valvis acutissimis nudis. Michaux. l. c. In collib. Tennassée et Carolinae.

185. PEROTIS. *Cal.* nullus. *Cor.* bivalvis: valvulæ æquales aristatæ, lanugine involucrata.

1. *latifolia*, culmo simplici, fol. undulatis, geniculis glabris. Willd. Sp. 1. p. 324. Saccharum spicatum, flor. spicatis, fol. undulatis. Lin. Sp. pl. 79. Thunb. prodr. p. 20? Pluck. alm. 177. t. 199. f. 1. Rheed. mal. 12. t. 62. β. *Burmanni*, foliis planis lanceol. Willd. l. c. Burm. ind. tab. 9. f. 3. Hab. in Indiae petrosis, et ad Cap. b. spei. ⊙

2. *polystachya*, culmo ramoso, fol. planis, geniculis barbatis. Willd. l. c. Saccharum paniceum, floribus spicatis aristatis, culmo ramoso polystachyo. Lam. encyc. 1. p. 588. t. 40. f. 3. Hab. in India.

186. ANDROPOGON. Flor. polygami, geminati: altero hermaphrotito sessili; altero masculo s. rarius neutro pedicellato mutico.

Hermaphr. *Cal.* 2-valvis, 1-florus. *Cor.* 3-valvis: valv. secunda minore aristata, tertia intima minuta. *Stami.* 1-3. *Recept.* s. *rachis* plerumque villosa. *Involucr.*: villi fasciculus ad basin spicularum, in nonnullis fol. cymbiforme.

1. *filiforme*, spica simplici imbricata: seriebus binis florum aristatorum sessilium; binis pedicellatorum muticorum, cal. univalvibus. A. *serratum*. Retz. obs. bot. 5. p. 21. Cresc. ad oras flum. in Bengalia. Arista longa.

2. *crinitum*, spic. solitaria hirsuta, aristis nudis geniculatis longissimis. Thunb. Flor. jap. p. 40. Hab. in Japonia.

3. *caricosum*, spica solitaria imbricata, seminibus hirsutis, aristis nudis contortis. Lin. Rumph. amb. t. 7. f. 2. A. Hab. in India. Gram. 4-5-pedale.

4. *divaricatum*, spica oblonga, flor. lanatis remotis divaricatis, arista flexuosa nuda. L. Reich. syst. 4. p. 299. Lagurus. Gron. Virg. p 135. In Virginia.

5. *Gryllus*, panic. pedunc. simplicissimis trifloris, flosc. hermaphrodito aristato ciliato basi barbato. Lin. Amoen. 4. p. 332. Festuca utriculis lanugine flavescentibus. Bauh. pin. Hab. in Europ. australi et in Barbaria.

6. *serratum*, panic. laxa, flosculo altero sessili, altero pedicellato, pedicellis hirsutis. Thunb. jap. 41. Hab. in Japonia.

7. *cotuliferum*, panic. patula villosa, arista tortili nuda, pedicellis incrassatis pateriformibus. Thunb. l. c. Hab. in Japonia.

8. *avenaceum*, fol. asperis, panic. oblonga subcoarctata, flor. breviusculis villosis, arista contorta. Michaux, Flor. 1. p. 58. Hab. in pratis Illinoensib. in America.

9. *saccharoides*, panic. ramis simplicibus, flosc. geminatis: hermaphrodito aristato sessili, altero mutico tabescente, pedicellis rachibusque lanatis. Swartz prodr. p. 26. et ejusd. Flor. 1. p. 205. Hab. in siccis montosis Jamaicae australis. Vag. nodi villosi.

10. *fastigiatum*, panic. spicis solitariis, pedunc. elongatis subfastigiatis, rachi laxata, floscul. utrisque lanatis. Swartz. l. c. p. 207. Crescit cum priore. Glum. calycinae purpurascunt. Sw.

11. *Nardus*, panic. ramis supradecompositis proliferis. Lin. Flor. Zeyl. p. 45. (*sub Lagaro*). Rumph. amb. 4. p. 22. t. 6? Hab. in India. Rad. odorata carminativa. Culm. arundinacei, alti. An Nardus indica officinarum? Vid. Lam. encycl. 2. 375.

12. *glaucum*, invol. cymbiformi, panic. foliacea, involucellis calycibusque bifloris, flor. sessilium cal. trivalvibus. Retz. obs. bot. 5. p. 20. Hab. in India. Anthistiriis affine.

13. *lanigerum*, fol. convolutis, spicul. lanuginosis vagina cinctis, cal. exteriore nullo, flor. hermaphrodito aristato. Desf. Atl. 2. p. 379. In montib. prope Cassam. Styl. 1. Rachis villosa. D. An hujus generis?

14. *macrourum*, fol. vaginis villosis, panic. lateralibus fasciculato-polystachyis, flor. 1-andris. Michaux. p. 56. In Carolinae humidis.

15. *dissitiflorum*, vagin. glabris, culm. stricto, spicul. lateralibus dissitis, flor. 1-andris. Michaux. Cum priore sed in sylvis. Involucr. etiam cymbiforme.

Obs. Utraque species a Waltero ad *Cinnam* relata.

16. *scoparium*, vagin. villosis, panic. elongata stricta, spicul. simplicibus 3-andris, flosc. neutro aristato. Michaux. l. c. Hab. in aridis sylvarum Carolinae.

17. *cymbarium*, panic. sparsa, bracteis cymbiformibus, flor. transversis aristatis ternis. Mant. 303. Hab. in India orientali. Culmi orgiales, farcti. Bractea triflora, cymbiformis.

18. *distachyum*, spicis binis terminalibus, culmo indiviso. Ger. prov. 106. t. 3. f. 2. Jacq. Coll. II. p. 165–166. Ic. rar. Desf. Atl. I. p. 377. Scheuchz. gram. p. 95. Bocc. sicc. 20. t. 11. Hab. in collibus Algeriae, Siciliae, Galliae. Fol. vaginantia Aristae spicae accumbunt, in sicca planta recedunt. Jacq.

19. *Schoenanthus*, panic. spicis conjugatis ovato-oblongis, rachi pubescente, flosc. sessilibus, arista tortuosa. Rumph. amb. 5. t. 72. Ventenat. Descr. 88. Hab. in Indiae maritimis. In hortis colitur ob odorem gratum. Spiculae post anthesin reflexae pendulae.

20. *incurvatum*, spicis filiformibus subdigitatis, flor. geminatis: foemineo pedicellato aristato; masc. sessili mutico, cal. 1-valvibus. Retz. obs. bot. 5. p. 21. Habit. in Tranquebaria juxta flumina. Arista longa torta partim fusca, partim albida. R.

21. *binatum*, spicis geminatis lanatis, cal. valvula altera acuminata: altera truncata 3-dentata, petalo majore aristato. Retz l. c. Culm. filiformis. Racheos dente lanugine flava fasciculata. Species ulterius examinanda.

22. *virginicum*, panic. spicis conjugatis: pedunculis simplicibus, rachi lanata, flosc. muticis: masculo tabescente. Sloan. hist. 1. p. 110. t. 68. f. 2. Hab. in America.

23. *bicorne*, paniculae spicis conjugatis, pedunculis ramosissimis, rachi lanata, flosc. arista caduca: masculo tabescente. Forsk. aegypt. cent. 6. p. 173. Sloan. 1. hist. p. 42. t. 15. Hab. in Brasilia, Jamaica.

24. *hirtum*, panic. spicis conjugatis, calycibus hirsutis. L. Roy. Lugd. B. 53. Pluck. alm. 175. t. 92. f. 1. Bocc. Mus. 315. t. 8. f. 1. In Lusitania, Sicilia, Smyrnae, et Algeriae collib. Pedunculi hirti, uti et rachis et glumae.

25. *muticum*, spicis digitatis subternis: flosc. alternis sessilibus muticis. Hab. ad Cap. b. spei. Petala contraria calyci, colorata, tenera. Aristae nullae. L.

26. *Ischaemum*, spicis digitatis plurimis, flosc. sessilibus: aristato muticoque, pedicellis lanatis. Hab. in Europae australioris aridis, collibus et arvis.

27. *provinciale*, spicis pluribus, fasciculatis laevibus, floscul. alternis subsessilibus secundis aristatis. Retz. obs. 3. p. 43. An provinciale, spicis digitatis, floscul. alternatim geminis, masculo mutico pedunculato

calsto. Ger. prov. p. 107. t. 4. Hab. in Galliis meridionali.

28. *undulatum*, spic. digitatis plurimis, flosc. obtusis sessilibus aristatis pedicellatis muticis, geniculis barbatis. Vahl. symb. p. 102. In Ind. orientali. Ligula membranacea nuda.

29. *pertusum*, spicis digitatis, glumis valvula pertusa. Lin. Mant. p. 301. Sub Holco. Hab. in Ind. orient., ad Madagascar. Petal. exterius in flore masculo non pertusum. Spic. 5. L.

375. HYDROPHYLLUM. *Cor.* campanulata, interne striis 5 melliferis. *Stigm.* 2-fidum. *Caps.* globosa, 2-valvis.

1. *magellanicum*, tomentoso-lanuginosum, fol. pinnatis. Lam. in Journ. d'hist. nat. n°. 10. p. 373 t. 19. Valerianam refert. ♃

2. *appendiculatum*, hirsutum, foliis radicalibus subpinnatifidis: caulinis sublobato-angulosis, calycis sinubus appendiculatis. Michaux Flor. 1. p. 134. Hab. in sylv. montanis Tenassée. Cor. caerulescens.

3. *virginicum*, fol. pinnatifidis pinnatisque : laciniis ovali-lanceolatis incisis. Lin. Lam. ill. t. 97. f. 1. Hab. in Carolinae et Virginiae sylvis montanis. ♃

4. *canadense*, glabriusculum, fol. lobato-angulosis. Lin. Lam. l. c. t. 97. f. 2. In Canadae sylvis humidis. ♃

376. ELLISIA. *Cor.* infundibuliformis angusta. *Bacca* sicca, 2-locularis, 2-valvis. *Sem.* 2 punctata : altero super alterum.

1. *Nyctelea*. Hab. in Virginia. Fol. pinnatifida.

377. NOLANA. *Cal.* 5-fidus : laciniis latis. *Cor.* campanulata. *Stigm.* capitatum subpentagonum. *Sem.* 5, recept. carnoso coalita, arillata ?

1. *prostrata*, (gallinacea), caule prostrato, fol. ovato-oblongis, cal. laciniis triangulari-sagittatis. Fl. Per. 2. p. 6. L. sp. pl. ed. Willd. p. 794. Schmidel ic. t. 18. Hab. sponte in Peruviae maritimis arenosis. Cibus gallinis jucundus. ⊙

2. *coronata* ; caule prostrato, calycis laciniis subcordatis. cor. fauce villosa. Flor. Per. l. c. t. 112. f. b. Hab. in Peruviae saxosis collibus. Faux villis pulchre coronata. Caul. pubescens. ⊙

3. *spathulata*, caule erecto, fol. cordato-triangularibus, calyc. laciniis spathulatis. Flor. Per. t. 113. f. a. Cum priore Cal. in fructu bipartitus. Fol. carnosa.

4. *inflata*, caule prostrato, fol. radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis, calyc. inflatis. Flor. Per. t. 112. f. a. In Camanae collibus arenosis.

5. *revoluta*, caule procumbente, foliis confertis linearibus margine revolutis, cal. ventricosis. Flor. Per. 2. p. 8. t. 113. f. b. Cresc. in Peruviae arenosis.

Obs. Nolanae, dicunt auctores laudati operis, plantae sunt succosae, inferne ramosissimae, unica specie excepta, prostratae, habitu solanaceae, fructu vero diversae, cujus nuculae epidermide succulenta obtectae, quadriloculares sunt : locul. 1-3 vero saepe abortientibus.

LYSIMACHIAE. Juss. (gen. 378 – 396.) Cor. regulares : limbo saepius 5-lobo. Stam. rarius plura aut pauciora quam 5. Caps. 1-locularis, polysperma : placenta centrali libera. Caulis herbaceus. Fol. opposita aut alterna.

378. ARETIA. *Cor.* hypocraterif. 5-fida : tubo ovato. *Stigm.* depresso-capitatum. *Caps.* 1-locularis, globosa, 5-valvis, subpentasperma.

1. *helvetica*, fol. imbricatis, floribus subsessilibus. L. Willd. sp. 2. p. 795. Diapensia helvetica. Sp. pl. 2. p. 203. Aretia fol. subhirsutis, ovatis, cauliculos tegentibus. Hall. helv. n.° 617. t. 11. Androsace Dia-

pensia. Vill. Delph. 2. p. 472. Hab. in alp. Helvetiae, Galliae, in petrosis aridis. ♃

2. *alpina*, foliis linearibus patentibus, florib. pedunc. L. Jacq. aust. 5, t. 18. Androsace alpina. Lam. ill. t. 98. f. 3. A. fol. ovatis repandis, scapis unifloris. Hall. helv. n. 618. t. 11. Hab. in Vallesia et Delphinatu. ♃

3. *Vitaliana*, fol. linearibus recurvatis, flor. subsessilibus: tubo elongato. Primula Vitaliana. Vill. Dauph. 2. p. 470. Habit. in alpibus Pyrenaeis, Helveticis, et Italicis. ♃

Obs. Primulae flor. lutei, Aretiae folia pilis ramosis et caps. 5-valvis ei adsunt.

379. ANDROSACE. *Involucrum* umbellulæ. *Cor.* tubus ovatus: ore glanduloso. *Caps.* 1-locularis, ovato-globosa, 5-fariam dehiscens, polysperma.

1. *maxima*, fol. ovatis dentatis, perianthiis fructuum maximis. Lin. Jacq. aust. t. 331. Willd. sp. p. 796. Lam. ill. t. 98. f. 1. Hab. inter Germaniae, Austriae, Helvetiae segetes. ⊙

2. *elongata*, glabra, foliis lanceolatis dentatis, umbella fructifera elongata, cor. calyce angulato brevioribus. Retz. obs. 2. p. 10. Jacq. aust. 4. t. 330. Folia cinerea. Hab. in Austria, Germania. ⊙

3. *filiformis*, fol. ovatis dentatis petiolatis, umbellae radiis capillaribus, corollis calycem campanulatum excedentibus. Retz. obs. 2. p. 10. Gmel. sib. 4. p. 81. t. 44. f. 4. Hab. in Sibiria. ⊙

4. *septentrionalis*, fol. lanceolatis dentatis glabris lucidis, perianthiis angulatis cor. brevioribus. Gmel. l. c. t. 43. f. 1. Flor. dan. t. 7. Roth. germ. II. 232. Vill. Delph. 2. p. 481. In alpibus Lapponiae, Russiae, Galliae, Germaniae. Var. fol. subpinnatis in locis fertilibus. Vill. ⊙

5. *odoratissima*, fol. triquetris lanceolatis ciliatis, umbellae radiis brevibus, perianthiis angulatis corolla brevioribus. W. l. c. Schreber. Dec. p. 7. t. 4. Hab. in Cappadociae alpinis. ♃

6. *villosa*, fol. ovato-lanceolatis ciliatis, pedunc. brevissimis, cor. calyce majore. Hoppe. A. fol. pilosis, perianthiis hirsutis. Lin. Jacq. Flor. aust. 4. t 332. Ej. coll. 1. p. 193. Hab. in alpibus Rheticis, Pyrenaeis et Carniolicis. ♃

7. *Chamaejasme*, hirta, fol. lanceolatis integerrimis, pedunc. brevissimis, corollis calyce majoribus. Hoppe. v. Wulf. in Jacq. coll. 1. p. 194. In Carnioliae alpibus.

8. *lactea*, glabra, fol. linearibus integerrimis, pedunc. longissimis, cor. calyce majoribus. Hoppe. Jacq. austr. 4. t. 333. A. pauciflora. Vill. Delph p. 477? Habit. in Austriae, Helvetiae et Galliae alpibus.

9. *obtusifolia*, foliis lanceolatis basi angustatis glabris, perianthiis angulatis pubescentib. W. Allion. pedem. n. 326. t. 46. f. 1. Aretia foliis ellipticis lanceolatis glabris, scapis umbellatis. Hall. β? *brevifolia*, fol. petiolatis lanceolatis hispidis, pedunc. involucro quadruplo longioribus. Vill. delph. 2. p. 480. t. 15. Hab. in Helvetiae, Italiae, Galliae, Styriae alpibus. Planta Villarsii est sola varietas. ⊙

10. *carnea*, fol. subulatis glabris, umbella involucra aequante. Lin. Pluck. alm. 332. t. 108. f. 5. β. Aretia Halleri, fol. ciliatis. Lin. sp. pl. 1. p. 142. Hab. in alpib. Pyrenaeis, Helveticis. ♃

11? *spathulata*, fol. caespitosis spathulatis, flor. corymboso-racemosis. Cav. ic. 5. p. 56. t. 484. f. 1. Habit. in Americae meridionalis humidis.

Obs. Cor. carneo-rubens, absque glandulis in fauce, nec involucrum infra flores adest secundum auctorem, qui cum Villarsio et Lamarkio *Androsacen* et *Aretiam* in unum conjungit genus.

380. PRIMULA. *Involucr.* umbellulæ. *Cor.* tubus cylindricus: ore patulo; limbo emarginato. *Stigm.* globosum. *Caps.* 1-locularis: ore 10-fido.

1. *verticillata*, foliis serratis glabris: floribus verticillatis. Vahl. symb. 1. p. 15. t. 5. Hab. in monte Kurma ad rivulos. ♃

2. *veris*, (*officinalis*), foliis rugosis dentatis, limbo corollarum concavo, tubi collo oblongo. Flor. dan. t. 433. Bull. t. 171. Engl. bot. t. 5. Habit. in fruticetis argillosis. Corolla odorata. Cal. inflatus.

3. *elatior*, fol. rugosis dentatis hirsutis, limbo corollae plano, tubi collo hemisphaerico, floribus interioribus nutantibus. Jacq. misc. 1. p. 158. Fl. dan. t. 434. Engl. bot. t. 513. Hab. in sylvis. Fl. pallide lutei.

4. *acaulis*, fol. rugosis dentatis, subtus hirsutis, scapis unifloris. Jacq. misc. 1. p. 158. Fl. dan. t. 194. Curt. Fl. lond. ic. P. vulgaris. Smith. brit. 1. p. 222. Primula sylvestris. Scop. P. grandiflora. Lam. Cresc. in nemoribus, sepibus.

5. *farinosa*, fol. rugosis crenatis-gla-

bris, subtus farinosis, umbella erecta. Jacq. misc. 1. p. 159. Flor. dan. t. 125. Curt. Lond. ic. Hab. in alpibus et in pratis uliginosis Germaniae, Succiae, Galliae. ♃

6. *Cortusoides*, fol. rugosis lobatis, scapo multifloro. Andrew. t. 7. Gmel. sib. 4 p. 85. t. 45. f. 1. Habit. in Sibiria. Corolla rubra. Folia Cortusae. ♃

7. *villosa*, fol. planis serrulatis hirsutis, Jacq. l. c. 1. p. 159. Ej. Flor. Aust. 5. app. t. 27. Curt. mag. t. 14. P. foliis subhirsutis dentatis, scapo paucifloro. Hall. hist. n°. 613. β. pubescens, foliis planis serrulatis subvillosis. Jacq. misc. 1. p. 157. t. 18. f. 2. Hab. in alpibus Carinthiae, Helvetiae. ♃

8. *nivalis*, foliis lanceolatis planis argute dentatis glaberrimis. Willd. sp. p. 803. Pall. it. 3. app. n.° 81. t. 9. f. 2. Hab. in alpibus Davuriae ad scaturigines frigidissimas. ♃

9. *longiflora*, fol. serrratis glabris, subtus farinosis, umbella nutante, corol. tubo longissimo. Jacq. Fl. aust. 5. app. t. 46. Allion. pedem. t. 39. f. 3. Habit. in alpibus. ♃

10. *glutinosa*, fol. serrulatis glabris glutinosis, involucri foliolis maximis. Jacq. Fl. aust. 5. app. t. 26. Pluck. phyt. t. 149. f. 6. Hab. in summis alpibus. Odor Orchidis conopseae. ♃

11. *marginata*, foliis obovatis serrato-dentatis albo marginatis, scapo multifloro, involucri foliolis pedunculis breviorib. Curt. mag. 191. Hab. in alpibus Helvetiae. ♃

12. *Auricula*, foliis serratis carnosis obovatis, scapo multifloro, calycibus subfarinosis. Jacq. aust. t. 405. Hab. in alpib. Color genuinus luteus, qui cultura tam varius et pulcher factus est.

* *lutea*, foliis spathulato-subrotundis integerrimis, tubo floris calyce angustiore. Villars 2 p. 469. cal. brevi subfarinaceo. Lam. ill. p. 429. Hab. in Galliae et Helvetiae alpibus.

13. *longifolia*, foliis oblongo-obovatis denticulatis, involucri foliolis basi auriculatis. Curt. mag. t. 392. P. auriculata. Lam. ill. p. 429. Ventenat hort. Cels p. 42. t. 42. Hab. in Oriente. Scapus apice farinosus. Lam. Corolla intus citrina. V.

14. *gigantea*, fol. serratis glabris rhombeo-ovatis, scapo paucifloro altissimo. Jacq. misc. 1. p. 160. Gmel. sib. 4. p. 84. Hab. in Sibiria. ♃

15. *minima*, foliis glaberrimis nitidis cuneiformibus argute serratis, scapo paucifloro. Jacq. l. c. Flor. aust. t. 273. Hab. in alpibus. Corolla carnea. ♃

16. *integrifolia*, fol. integerrimis ellipticis, ad oras subcrenato-cartilagineis, umbella erecta, calycibus longe tubulosis obtusissimis. Jacq. Flor. aust. t. 327. Habit. in alpibus Pyrenaicis, Helveticis, Austriacis, Styriacis, Carniolicis. ♃

17. *carniolica*, fol. integerrimis ellipticis, umbella erecta, calycibus acutis brevissimis Jacq. l. c. Fl. aust. 3. app. t. 4. In Carniolia. Folia margine non cartilaginea. Calyces abbreviati. Willd. ♃

18. *norvagica*, foliis integerrimis ovatis glabris petiolatis, floribus infundibuliformibus, calycibus tubulosis obtusis. Retz. scand. n. 249. Flor. dan. t. 188. P. finmarchica. Jacq. Willd. p. 806. Hab. in alpibus Norwegiae. ♃

19. *viscosa*, fol. ovatis integerrimis villoso-viscosis, umbella erecta, cor. hypocrateriformibus. Willd. l. c. Allion. pedem. n°. 318. t. 5. f. 1. Hab. in alpibus Pedemontanis. ♃

20. *sibirica*, foliis integerrimis ovatis longe petiolatis, umbella pauciflora nutante, cor. hypocrateriformi. Jacq. misc. 1. p. 161. Gmel sib. 4. p. 83. t. 46. f. 1. Hab. in pratis humilioribus Sibiriae. ♃

381. CORTUSA. *Cor.* rotata, tubo subnullo, fauce annulo elevato, lacin. ovatis acutis. *Caps.* 1-locularis, ovalis, apice 5-valvis.

1. *Mathioli*, calycibus corolla brevioribus. L. Jacq. ic. t. 32. Andrew t. 1. In alpibus Austriae, Sibiriae, Silesiae. ♃

2. *Gmelini*, calycibus corollam excedentibus. Lin. Amoen. 2. p. 340. Gmel. sib. 4. p. 79. t. 43. f. 1. Lam. ill. t. 99. f. 2. Hab. in Sibiria. ♃

382. SOLDANELLA. *Cor.* campanulata, lacero-multifida. *Caps.* 1-locularis, apice multidentata.

1. *alpina.* Jacq. aust. t. 13. Curt. mag. t. 49. S. foliis reniformibus sublobatis. Sch. bohem. 1. 2. n. 147. β. Clusii, fol. reniformibus integerrimis. Schmidt. bohem. 1. n. 148. Hab. in alpibus. ♃

383. DODECATHEON. *Cor.* rotata, reflexa. *Stam.* tubo insidentia. *Caps.* 1-locularis, oblonga.

1. *Meadia*, foliis oblongo-ovalibus den-

tato-repandis, umbellis multifloris laxis, bracteis ovalibus. Michaux Flor. 1. p. 123. Trew. Ehret. t. 12. Meadia. Catesb. car. 3. t. 1. Hab. in Virginia. ♃

2. *integrifolium*, fol. subspathulatis integerrimis, umbellis paucifloris strictis, bracteis linearibus. Michaux, l. c. Pluck. alm. t. 79. f. 6 In montibus Alleghanis juxta rivulos sylvaticos.

384. CYCLAMEN. *Cor.* rotata, reflexa, tubo brevissimo: fauce prominente. *Bacca* tecta capsula.

1. *coum*, fol. orbiculatis cordatis integerrimis. Aiton. Kew. 1. p. 195. Curt. mag. t. 4. Hab. in Europa australi. ♃

2. *europaeum*, fol. orbiculatis cordatis crenatis. Ait. p. 196. Jacq. aust. 5. p. 1. t. 401. Engl. bot. t. 217. Hab. in Silesiae, Bohemiae, Austriae, Barbariae sylvis umbrosis montosis. Rad. tuberosa magna. Scapi, germine impraegnato, spiraliter contorquentur fructumque in terra recondunt. Smith.

3. *persicum*, foliis oblongo-ovatis cordatis crenatis. Aiton. l. c. Curt. mag. t. 44. In insula Cypro. ♃

4. *hederaefolium*, foliis cordatis angulatis denticulatis. Aiton. l. c. Lob. ic. 605. Swert. florileg. t. 59. Hab. in Italia. ♃

5. *indicum*, corollae limbo nutante. In Zeylona. ♃

385. MENYANTHES. *Cor.* hirsuta. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* 1-locularis, (in Plant. emersis 2-valvis: valvul. medio placentiferis; in natantibus ruptilis. Michaux.)

1. *nymphoides*, foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. L. Flor. dan. t. 339. Waldschmidia nymphoides. Corolla 5-fida. Glandul. ad basin germinis. Pepo 1-locularis. Semina ciliata. Hayne in Schr. bot. Journ. 1800. p. 14. Hab. in Europae australioris aquis stagnantibus, fossis majoribus. ♃

2. *trachysperma*, cor. glabra, laciniis integris, stylo subnullo, seminibus vesiculosis scabris. Michaux, p. 126. Villarsia aquatica. Gmel. S. N. Lin. 2. p. 447. Vent. Choix des Plant. p. 9. Habit. in America boreali. An distinctum genus?

3. *ovata*, fol. ovatis petiolatis, caule paniculato. Lin. suppl. Houttuyn t. 47 f. 1. Vent. l. c. t. 9. Hab. in aquis Cap. b. spei. ♃

4. *indica*, fol. cordatis subcrenatis, petiolis floriferis, corollis interne pilosis. L. Sloan. Cat. 121. hist. t. 252. Rumph. 6. t. 72. f. 3. Hab. in Malabariae, Zeylonae, Cap. b. spei, Jamaicae fossis. ♃

5. *trifoliata*, corollis superne dense barbatis, foliis ternatis. Flor. dan. t. 541. Curt. Lond. ic. Engl. bot. t. 495. β. minor. Mich. Flor. 1. p. 125. Hab. in Europae et Americ. aquosis et palustribus. Fl. Hyacinthoidei. ♃

386. HOTTONIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* tubo corollæ imposita. *Stigm.* globosum. *Caps.* 1-locularis.

1. *palustris*, flor. verticillatis pedunculatis. Willd. Sp. p. 812. Flor. dan. t. 487. Hab. in fossis. ♃

2. *sessiliflora*, flor. verticillatis sessilibus. Vahl. symbol. 2. p. 36. Hab. in India.

3. *indica*, pedunculis axillaribus solitariis, fol. multifidis Pet. gaz. Erica africana equiseti folio. Seb. mus. 2. t. 37. f. 5. Burm. zeyl. t. 55. f. 1. Rheed. 12. t. 36. Habit. in India.

4. *serrata*, pedunc. axillaribus solitariis, foliis lanceolatis tenuissime serratis. Willd. sp. a. 814. Hab. in India. Caulis subramosus. V.

387. CORIS. *Cal.* ventricosus: dentibus subspinosis. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Caps.* 5-valvis, calyce cincta. *Sem.* plurima.

1. *monspeliensis*, Linn. Willd. 2. p. 1000. Vill. 2. p. 464. Lam. ill. t. 202. Hab. in Europae australis maritimis. Cor. purpurasc. Fol. (superiora) spinulosa. Var. foliis omnibus denticulato-spinosis, vid. Lam. ill. t. 202. An species distincta?

388. SAMOLUS. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida squamis interstincta. *Stam.* tubo inserta. *Caps.* semiinfera, 1-locularis, 5-dentata, polysperma.

1. *Valerandi*, caule erecto, fol. obtusis, racemo multifloro. Smith. brit. 1. p. 259. Flor. dan. t. 198. Curt. Lond. ic. Hab. in paludosis, maritimis, lucis salsosis per omnem terrarum orbem. ♃

2. *repens*, parvula repens. Sheffieldia repens. Lin. suppl. p. 135. Forst. gen. p. 18. t. 9. Willd. sp. p. 833. Hab. in N. Zeeland. et insula Paschatis. Pepl. Portulacae similis. ♃

389. **LYSIMACHIA.** *Cor.* rotata. *Caps.* globosa, mucronata, 10 valvis. (Filam. in quibusdam basi connata.)

* *Pedunculis racemosis.*

1. *vulgaris*, foliis ternis ovatis lanceolatis, racemis terminalibus. Flor. dan. t. 689. Curt. Lond. ic. Willd. sp. 1. p. 816. Hab. ad ripas et paludes. Var. fol. 4. ♃

2. *decurrens*, racemis simplicibus terminalibus, corollae segmentis obtusis, staminibus corolla longioribus. Forst. prod. n.° 65. Hab. in insula Tanna.

3. *Ephemerum*, racemis terminalibus, petalis obovatis patulis, fol. lineari-lanceolatis sessilibus. Ait. Kew. 1. p. 198. Murr. Comment. goett. 1782. p. 9. t. 2. Till. pis. 106. t. 42. f. 2. Hab. in Media, Sibiria. Differt a sequente foliis subtus fusco-punctatis. ☉

4. *atropurpurea*, spicis terminalibus, petalis lanceolatis, staminibus corolla longioribus. L. Comm. rar. 33. t. 33. Hab. in Oriente. ☉

5. *dubia*, racemis terminalibus, petalis conniventibus, stam. corolla brevioribus, fol lanceolatis petiolatis. Ait Kew. 1. p. 199. Lysimachia atropurpurea. Murr. l. c. p. 6. t. 1. Buxb. cent. 1. t. 33. Cum priore ♂

6. *angustifolia*, glaberrima ramulosa, fol. oppositis verticillatisque longo-linearib. punctatis, racemo terminali brevi, petalis oblongis. Michaux Flor. 1. p. 128. L. stricta. Ait. Willd. sp. 2. p. 818? Hab. in Carolina inferiore?

7. *racemosa*, glaberrima elata, foliis ovali-lanceolatis oppositis punctatis, racemo terminali longissimo laxo, petalis oblongo-ovalibus. Michaux, Lam. ill. p.. Pluck. Amalth. t. 428. f. 4? Hab. in New-York. Cor. uti in priore flava. ♃

8. *thyrsiflora*, racemis lateralibus pedunculatis. L. Flor. dan. t. 517. Naumburgia guttata. Moench. meth. suppl. p. 23. ob stam. libera. Hab. in Eur. borealis paludib. inque alpibus australioris, et America? cfr. Michaux, Flor. p. 127. ♃

** *Pedunculis unifloris.*

9. *quadrifolia*, foliis quaternis petiolo ciliatis, pedunc. quaternis unifloris L. Pet. Gaz. 5. t. 2. f. 5. β? *hirsuta*, caule hirsuto, foliis subsessilibus 3-4-nis oppositisque ovalibus punctatis, pedunc. 4-nis, petalis integris. Michaux, Flor. 1. p. 127. Hab. in Canada. β. in Carolina.

10. *ciliata*, foliis petiolatis subcordato-ovalibus margine subpubescentibus: petiolo ciliato, flor. cernuis, pedicel. subgeminis, petalis rotundatis crenulatis. Michaux. Flor. 1. p. 126. Willd. sp. 2. 819. Wach. hort. t. 12. Hab. in New-York et Connecticut.

11. *hybrida*, glabra, fol. oppositis longe petiolatis lanceolatis, petiolo ciliato, flor. cernuis, petalis crenulatis. Michaux p. 127. L. *angustifolia*, foliis lineari-lanceolatis basi ciliatis, pedunc. filiformibus 1-floris, cor. dentatis. Willd. in N. Act. Soc. Berol. v. 3? Hab. in Carolina, Pensylvania.

12. *heterophylla*, gracilis, foliis oppositis, imis suborbiculatis breviter petiolatis; superioribus linearibus sessilibus basi subciliatis, flor. cernuis. Michaux l. c. Hab. in Georgia.

13. *punctata*, fol. subquaternis subsessilibus, pedunc. verticillatis unifloris. Linn. Jacq. aust. t. 366. Habit. in Holland. inter arundines, et in Helvetia, Sibiria, Carniolia. Petala maculis fulvis punctata. ♃

14? *Linum stellatum*, calyc. corollam superantibus, caule erecto ramosissimo. L. Magn. Monsp. 163. t. 162. Hab. in Galliae et Italiae collibus Parva, 2-3-pollicaris. Cor. 5-fida. Fructus 5-valvis.

15. *nemorum*, fol. ovatis acutis, floribus solitariis, caule procumbente. Linn. Flor. dan. t. 174. Anagallis lutea nemorum. Bauh. Hab. in nemoribus roridis. Anagallidem refert: fol. subtus quoque punctata, sed caps. differt.

16. *japonica*, fol. subcordatis, floribus axillaribus subbinis, pedunc. folio brevioribus. Thunb. jap. p. 83. Habit. in Japonia. ☉

17. *Nummularia*, fol. subcordatis, flor. solitariis, caule repente. Lin. Flor. dan. t. 493. Hab. in pascuis humidis et in umbrosis. ♃

390. **LUBINIA.** *Cal.* 5-partitus. *Cor.* hypocraterif.: limbo plano 5-partito æquali. *Filam.* medio tubi adnata. *Stigm.* obtusum. *Caps.* 1-locularis, polysperma, mucronata.

1. *spathulata*. Vent. Hort. Cels. p. 96. t. 96. Lysimachia mauritiana. Lam. Willd. p. 820. Hab. in insula Mauritiae. Habitu Conv. tricoloris. Folia alterna. Caps. non sponte dehiscit, sed compressione 2-4-valvis. Vent. 5-valvis. Lam. ♂

391. ANAGALLIS. *Cor.* rotata. *Filam.* hirsuta. *Caps.* circumscissa.

1. *arvensis*, caule diffuso nudo, petalis integris planis margine pilis capitatis. A, arvensis. L. Willd. sp. 2. p. 821. A. mas. Vill.Dauph. 2. p. 461. Blackw. t. 43. Engl. bot. t. 529. In arvis.

2. *caerulea*, caule erectiusculo subalato, petalis dentatis demum reflexis. A. caerulea. Schreb. A. femina. Vill. Cresc. cum antecedente, sed minus frequens. Praeter color. caeruleum floris, caulis insuper minus ramosus est. Folia sursum angustiora, subtus magis punctata.

3. *ovalis*, caule erecto, foliis ovalibus cum brevi acumine, florib. subsessilibus. Flor. Per. 2. p. 8. t. 115. f. a. Hab. in Peruviae collibus arenosis. Pusilla. Flores axillares. ⊙

4. *alternifolia*, fol. oblongo-ovatis alternis, flor. axillaribus longe pedunculatis. Cav. ic. 6. p. 3. t. 505. f. 2. Hab. in humidis Concep. Chili. Fol. glauco-viridia venosa. In Gonorrhea a Chilensibus adhibetur. C.

5. *pumila*, caule erecto, fol. subrotundis acutis sessilibus. Swartz. ind. occid. 1. p. 345. Hab. in Jamaicae montibus altis, locis paludosis. ⊙

6. *Monelli*, fol. lanceolatis, caule erecto, herbaceo. Schousb. Mar. p. 78. β? A. verticillata erecta, fol. caulinis verticillatis, axillis foliorum in caule et ramis florigeris. Allion. ped. n.° 318. t. 85. f. 4. Hab. in Italia et Barbaria. Flor. coerul. ⊙

7. *collina*, fol. lanceolatis, caule diffuso basi lignoso (fruticoso). Schousb. l. c. Hab. in Barbaria. Cor. phoenicea.

β? *orientalis*, caule basi lignoso, flor. rubris. Similis arvensi, sed major et perennis. Ad eadem . . c *collina?* colitur apud Cels.

8. *latifolia*, fol. cordatis amplexicaulibus, caule compresso. Lin. In Hispania. Cor. caerulea. Caulis erecto-patens, brachiatus, quadrangularis : angulis oppositis, triplo latioribus. L.

9. *linifolia*, fol. linearibus, caule erecto. L. Hab. in Lusitania, Hispania.

10. *tenella*, fol. subrotundis acutiusculis, caule repente. Linn. Curt. Lond. ic. Engl. bot. t. 530. Irasekia alpina. F. W. Schmidt. Obs. bot. in Usteri annal. bot. 2. p. 124. Hab. in Galliae, Angliae, Germaniae, Italiae ericetis humidis. ♃

11. *crassifolia*, caule repente stolonifero, foliis subrotundis, pedunc. axillarib. 1-floris. Thore chloris du Département des Landes. p. 62. Hab. prope Dax in uliginosis, turfosis. Cor. alba. Filam. hispida basi coalita. Lysimachiis affinis.

392. DURÆNA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 1-petala, 5-fida. *Stigma* emarginatum. *Caps.* supera, 1-locularis, 1-valvis, polysperma.

1. *japonica*. Thunb. jap. p. 84. Hab. in Japonia. Fol. oblonga, alterna. Flor. racemosi. ♄

393. BACOPA. *Cal.* 5-partitus inæqualis. *Cor.* rotata : tubo staminifero. *Stigma* capitatum. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

1. *aquatica*. Aubl. Guian. p. 120. t. 49. Lam. ill. p. 445. t. 102. Willd. Sp. 2. p. 84. Hab. in Cayenna. Fol. opposita lanceolata. Pedunc. axillares.

394. BASSOVIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* rotata. *Bacca* ovata, nodulosa. *Sem.* marginata, nidulantia.

1. *sylvatica*. Aubl. 1. p. 217. t. 85. Lam. ill. t. 102. Willd. 2. p. 1065. In sylvis Gujanae humidis. Folia alterna pedunculi axillares. ♃

395. SPHENOCLEA. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-fida, cal. minor. *Caps.* compressa, 2-locularis, circumscissa. *Sem.* numerosa, subteretia.

1. *zeylanica*. Gaertn. de fruct. et sem. 1. p. 113. t. 24. f. 5. Willd. sp. p. 927. Pongatium indicum. Lam. ill. p. 44. Gaertnera. Retz. Rheede. 11. t. 24. Habit. in Indiae humidis. ⊙

† *Genera ericoidea s. bicornia*, *pentandra* (gen. 396-404.)

396. POIRETIA. *Cal.* 5-partitus, imbricatus persistens. *Cor.* 5-petala. *Stam.* receptaculo inserta. *Anth.* connatæ. *Caps.* 5-locul., 5-valvis, dissepimentis e medio valvularum.

1. *cucullata*. Cav. ic. 4. n. 378. t. 343. Sprengelia incarnata. Smith. Act. holm. 1794. p. 260. t. 8. W. sp. 2. p. 833. Andrew. t. 2. Hab. in Nova Hollandia. Frutex bipedalis, rigidus.

397. EPACRIS. *Cal.* duplex : exterior imbricatus. *Stigma* capi-

tatum. *Germ.* cinctum squamulis 5. *Caps.* 5-gona, 5-locularis, 5-valvis, polysperma. *Cav.*

1. *longiflora*, foliis cordato-ovatis rigidis apice subspinoso, flor. tubulosis elongatis. Cav. ic. 4. p. 25. t. 344. Corolla punicea.

Obs. Omnes hujus generis species in Australasia, seu Nova Hollandia aut Zeelandia praesertim prope oppidum Jackson lectae sunt, etiam omnes frutices sunt.

2. *pulchella*, fol. imbricatis cordatis: acumine rigido, flor. axillaribus tubulosocam; anulatis. Cav. l. c. p. 26. t. 345. Cor. rubens.

3. *pungens*, fol. ovatis imbricatis rigidis: acumine spinaeformi, cal. exteriore conico. Cav. t. 346. Cor. tubus rubescens: limbo albo.

4. *spuria*, fol. ovato-mucronatis: limbo revoluto, flor. axillaribus subternis. Cav. 2. p. 27. t. 347. f. 1. An diversa a sequente?

5. *grandiflora*, fruticosa, foliis ovatis acuminatis mucronatis recurvatis, floribus axillaribus. Willd. sp. p. 834. Hab. in Nova Hollandia. ♄

6. *pumila*, herbacea? fol ovato-oblongis imbricatis: florib. sessilibus subsolitariis terminalibus. Forst. l. c. Lin. suppl. 138. Hab. in Nova Zeelandia. ♃

7. *longifolia*, arborea, fol. lineari-lanceolatis basi vaginantibus, racemis erectis articulatis lateralibus. Forst. prod. n. 68. Lin. suppl. p. 138. Hab. in N. Zeelandia. ♄

8. *rosmarinifolia*, fruticosa, fol. linearib. obtusis rigidis vaginantib.: flor. solitariis lateralibus. Forst. Hab. in N. Zeelandia. ♄

9. *villosa*, foliis linearibus imbricatis, ramis villosis, flor. axillaribus. Cav. t. 347. f. 2. Cor. lacin. intus tomentosis.

398. STYPHELIA. *Cal.* imbricatus. *Cor.* tubulosa, 5-fida: laciniis sæpe revolutis hirsutis aut glabris. *Nect.* membranaceum, lacerum, germen cingens. *Stigma* capitato-5-fidum. *Stam.* fauci inserta. *Drupa* 5-locularis: locul. 2-spermis.

1. *tubiflora*, corol. clavata longissima: limbo revoluto hirsuto, florib. axillaribus solitariis, fol. obovato-linearibus. Smith. Nova Holl. 1 p. 45. t. 14. Willd. sp. 2. p. 835. Crescunt omnes species in Nova Hollandia seu Australasia et ♄ sunt.

2. *triflora*, foliis imbricatis ovatis mucronatis glaucis, flor. axillaribus ternis. Andrew. Repos. t. 72. Cor. longisssma, rubescens, apice flava.

3. *ericoides*, cor. limbo patente hirsutissimo racemis axillaribus brevissimis erectis, fol. lanceolato-ellipticis revolutis. Smith. l. c. p. 48.

4. *strigosa*, corollae limbo patente imberbi: fauce pilosa, racemis axillaribus brevissimis erectis, fol. subulatis. Smith.

5. *scoparia*, cor. limbo concaviusculo imberbi, racemis axillaribus brevissimis recurvis, fol. lineari-lanceolatis. Smith.

6. *daphnoides*, corollae limbo patente subpubescenti, florib. axillaribus solitariis, foliis ellipticis concaviusculis. Smith. l. c.

7. *Gnidium*, cor. limbo reflexo hirsuto, spicis terminalibus solitariis ovatis, foliis lineari-lanceolatis sparsis. Hort. Malmaison. p. 23. t. 23.

8. *lanceolata*, cor. limbo revoluto hirsuto, racemis aggregatis terminalibus, foliis lineari-lanceolatis. Smith. Ardisia acerosa Gaert. sem. 2. p. 78. t. 94? Epacris juniperina. Lin. suppl. p. 138.

9. *elliptica*, cor. limbo patente imberbi, racemis aggregatis subterminalibus, fol. lanceolato-ellipticis. Smith.

10. *juniperina*, arborea, foliis sparsis linearibus cuspidatis serrulatis, flor. sessilibus solitariis terminalibus. Forst. prodr. n. 71. sub genere Epacris.

* *procumbens*, caule procumbente, fol. lineari-lanceolatis imbricatis ciliatis, flor. axillaribus solitariis. Ventenatia procumbens. Cav. ic. 4. p. 28. t. 349. f. 1. Fol. nervis parallela.

* *humifusa*, fol. linearibus sparsis numerosis, floribus axillaribus. Cav. l. c. t. 348. Caulis ramosissimus.

Obs. Forsitan duae hae species ab enumeratis non diversae, quare stellulas apposui. Hoc genus ab Epacri fructu tantum differt.

399. PEROA. *Cal.* duplex: exterior triphyllus. *Cor.* hypocrateriformis: lacin. acutis tomentosis. *Germ.* ovatum nudum. *Stigm.* simplex. *Caps.* ovata, 1-locularis, 1-sperma. *Sem.* oblongum.

1. *microphylla*, caule fruticoso, foliis ovatis imbricatis, flor. terminalibus. Pero-

joa. Cav. ic. 4. p. 29. t. 349 f. 2. Copiose inter Jackson et Botany-Bay. Differt ab Epacri stigm. simplice, squamularum circa germen defectu et fructu 1-spermo. C.

400. PYXIDANTHERA. *Cal.* 5-partitus: laciniis incumbentibus paleaceo-membranaceis. *Cor.* campanulata, 5-partita. *Filam.* lamellata. *Anth.* loculis subglobosis circumscissis. *Styl.* crassus. *Stigm.* 3. *Caps*..

1. *barbulata*, fol. cuneato-lanceolatis acutis basi interna barbulatis. Michaux, Fl. 1. p. 152. Hab. in Carolina superiore. Pusilla repens, Azaleae *procumbentis* habitu. ♃

401. BÆOBOTRYS. *Cor.* tubulosa, 5-fida. *Cal.* duplex, superus; exterior 2-phyllus; inferior campanulatus, 5-dentatus. *Bacca* 1-locularis, polysperma. (Cal. squamula duplici infra persistente cinctus. Juss.)

1. *nemoralis*, fol. ovato-dentatis. Vahl. symb. 1. p. 19. Willd. sp. p. 992. Maesa. Forsk. Juss. Hab. in insula Tanna. ♄

2. *lanceolata*, foliis lanceolatis serratis. Vahl. l. c. t. 6. Maesa Forsk. Juss. gen. p. 160. In montibus Arabiae felicis. Racemi supradecompositi, axillares. ♄

402. ARGOPHYLLUM. *Cal.* 5-fidus, semisuperus. *Cor.* 5-partita. *Nec.* s. tubus interior, 5-gonus, pyramidatus truncatus. *Caps.* seminifera, 3-locularis, 3-fariam dehiscens; polysperma.

1. *nitidum*. Lin. suppl. p. 22. Lam. ill. 2. p. 1. t. 111. Hab. in Nova Caledonia. Frutex sericeus. Flores paniculati.

403. BROSSÆA. *Cal.* carnosus superus. *Cor.* conica truncata. *Caps.* 5-sulca, 5-locularis, tecta calyce persistente, 5-fissuris pervia. J.

1. *coccinea*. Lin. Plum. gen. 7. ic. 64. f. 2. Hab. in America calidiore. Frut. multicaulis. Flores solitarii.

404. CYRILLA. *Cal.* minutus subturbinatus, 5-partitus, superus. *Petala* 5, stellatim patentia (rigidula). *Styl.* 2-fidus. *Bacca* (Caps. L.) exsiccabilis, 2-locularis. *Sem.* solitaria funiculo appensa. M.

1. *caroliniana*, foliis lanceolato-cuneatis acutis membranaceis nervosis. Michaux Flor. 1. p. 158. C. racemiflora. Linn. Itea cyrilla L'Herit. Stirp. t. 66. Jacq. ic. rar. t. 47. Hab. in Carolina. Petala pedicello longiora. M. ♄

2. *antillana*, foliis cuneato-oblongis obtusis coriaceis subtus enerviis. Michaux l. c. In ins. Antil. Spicae crassiores. ♄

405. ITEA. *Cal.* 5-fidus campanulatus. *Petala* 4, linearia reflexo-patentia, cal. inserta. *Stigma* capitatum, bilobum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis: valvis margine introflexo seminiferis. M.

1. *virginica*, foliis serratis, spicis pubescentibus. Michaux Flor. 1. p. 157. Hab. in Virginia.

Obs. Etiam ordine naturali, qui *saxifrageae*, a priore genere, quocum ab aliquibus conjuncta, differt. Richard apud Michaux. l. c.

406. PLUMBAGO. *Cal.* oblongus glanduloso-scaber. *Cor.* infundibulif. *Stam.* squamis basin cor. claudentibus inserta. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1, oblongum, tunicatum.

1. *europaea*, foliis amplexicaulibus lanceolatis scabris (rigidis), caule stricto. Willd. sp. 2. p. 837. Habit. in Europa australi et in Peruvia. Pl. tinctoria videtur. ♃

2. *lapathifolia*, foliis amplexicaulibus lanceolatis laevibus, caule divaricato. Willd. Hab. in Iberia. Similis praecedenti. ♃

3. *capensis*, foliis petiolatis oblongis integris subtus glaucis, caule erecto. Th. prod. 33. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

4. *zeylanica*, foliis petiolatis ovatis glabris, caule filiformi. Lin. Rheed. 10. t. 8. Hab. in India. ♄

5. *rosea*, fol. petiolatis ovatis glabris subdenticulatis, caule geniculis gibbosis. Linn. Rumph. 5. t. 168. Hab. in India. ♄

6. *scandens*, foliis petiolatis ovatis glabris, caule flexuoso scandente. Lin. Sloan. 1. p. 211. t. 133. f. 1. Hab. in America calidiore. ♄

7. *auriculata*, fol. ovato-oblongis petiolatis subtus squamoso-punctulatis, petiolis auriculatis caulem amplexantibus. Lam. enc. 2. p. 267. Hab. in India. ♄

407. WEIGELIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* infundibuliformis. *Styl.* e basi germinis. *Stigma* peltatum. *Sem.* 1.

1. *japonica*, fol. sessilibus ovato-lanceolatis. Thunb. in Act. Soc. Lin. 2. p. 331. Ej. Flor. jap. t. 16. Willd. sp. p. 836. Hab. in Japonia. ♄

2. *coraeensis*, fol. petiolatis obovatis. Thunb. l. c. Kaempf. ic. select. t. 45. Cum priore. ♄

408. ABRONIA. *Cal.* o. *Cor.* infera, hypocrateriformis, supra germen coarctata. *Sem.* 1, 5-angulare, cor. basi indurata tectum.

1. *umbellata*. Lam. ill. p. 469. t. 105. Tricratus admirabilis. L'Herit. Willd. sp. 2. p. 807. Hab. in Californiae maritimis. Fl. capitato-umbellati.

409. MIRABILIS. *Cor.* infundibuliformis, inferne coarctata, supera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globosum, germen includens. *Stigma* globosum. *Nux* infra corollam, striata.

1. *dichotoma*, flor. sessilibus axillarib. erectis solitariis. Lin. Willd. sp. 2. p. 999. Admirabilis. Clus. hist. 2. p. 90. Habit. in Mexico. ♃

2. *Jalapa*, flor. congestis pedunculatis, fol. glabris. Willd. Batsch. anal. plant. 2. p. 34. Hab. in India utraque. Flor. flavi, rubri, albi, vespera explicantur.

3. *longiflora*, flor. congestis longissimis subnutantibus terminalibus, foliis subvillosis. Lin. Act. holm. 1755. p. 176. t. 6. f. 1. Habit. in Mexici frigidis montibus. ♃

410. FABIANA. *Cor.* infundibuliformis, limbo plicato revoluto; *Tubus* longissimus. *Stam.* inaequalia. *Stigma* emarginatum. *Caps.* bilocularis, 2-valvis.

1. *imbricata*, fol. imbricatis ovatis minimis. Flor. Per. 2. p. 12 t. 122. Habit. in Regni Chilensis campis et ripis arenosis. Resinosa, Tamarisici habitu. ♄

411. NIEREMBERGIA. *Cor.* subhypocrateriformis: tubo longissimo; fauce coarctata plicata. *Stam.* inaequalia, superne adpressa. *Stigma* bilobum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis.

1. *repens*. Flor. Per. 2. p. . t. 123. f. 1. Habit. in Regni Chilensis campis apricis et pascuis arenosis Conceptionis. Herbacea, pedalis. Convolvulacea?

412. XUARESIA. *Cor.* rotata. *Stigm.* compressum. *Caps.* bilocularis, 2-valvis: valvis bifidis.

1. *biflora*, fol. lanceolatis superne serratis, flor. geminis. Flor. Peruv. 2. p. 13. t. 123. f. a. Capraria peruviana. Fewill Peruv. 2. p. 764. t. 48. In Peruviae arenosis, ripis et argillosis. Ab incolis loco Theae adhibetur. ♄

413. PORANA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 5-fidus, in fructu maior. *Styl.* semibifidus, longior, persistens. *Stigmata* globosa. *Per.* bivalve.

1. *volubilis*. Burm. ind. 51. t. 21. f. 1. Willd. Sp. p. 843. Lam. ill. t. 186. In India orientali. Fol. ovata, serrata, plicata. L. ♄

CONVULVULACEI (monostyli. Gen. 414-418.) calyce sunt 5-fido, ut plurimum persistente, corolla campanulata aut infundibuliformi tubo elongato, capsula 2-3-4-loculari, eorumque folia alterna sunt, insuper herbas passim frutices, sistunt saepius volubiles et quasdam lactes. Monogynae aut Polygynae sunt.

414. RETZIA. *Cor.* cylindrica extus villosa. *Stigma* bifidum. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

1. *spicata*. Thunb. Act. lund. 1. p. 55. t. 1. f. 5. Lam. ill. t. 103. Hab. in Cap. b. spei altissimis montibus. Corol. rufescentes. ♄

415. ENDRACHIUM. *Cal.* coriaceus, 5-phyllus. *Cor.* campanulata s. urceolata extus hirsuta. *Stam.* exserta. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* substipitata, lignosa, 2-locularis.

21. *Madagascariense*. Gmel. Syst. veget. Thouinia spectabilis. Smith ic. ined. 1. p. 7. t. 7. Willd. spec. 2. p. 935. Endrachium

drachium Juss. Humbertia madagascariensis. Lam. ill. t. 105. Hab. in Madagascaria. ♄

416. CONVOLVULUS. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigm.* 2, simplicia. *Caps.* 2-3-locularis: loculis dispermis.

** Caule volubili.*

1. *arvensis*, fol. sagittatis utrinque acutis, pedunc. subunifloris. Lin. Willd. sp. p. 844. Flor. dan. t. 569. Hab. in agris. Bract. remotae. ♃

* *auriculatus*, foliis linearibus hastato-acuminatis, auriculis integris. Lam. enc. bot. 3. p. 540. Bocc. mus. t. 33. Pluck. alm. t. 24. f. 3. Var. β. prioris. Lin.

2. *incarnatus*, foliis sagittatis oblongis acuminatis glabris: lobis divaricatis acutis integerrimis, pedunc. 1-floris. Vahl. Eclog. amer. 2. Hab. in Curassao. C. arvensi affinis.

3. *ruber*, fol. sagittatis glabris emarginatis: lobis obtusissimis divaricatis integerrimis, umbellis involucratis, caule piloso. Vahl. l. c. Hab. in America meridionali.

4. *sepium*, fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. tetragonis unifloris, bracteis cordatis maximis. Flor. dan. t. 458. Engl. bot. t. 313. Flor. Per. 2. p. 10. Habit. in sepibus et salicetis, etiam in America et Peruvia. Stigma simplex.

5. *Scammonia*, foliis sagittatis postice truncatis, pedunc. teretibus subtrifloris. Lin. Moris. hist. 2. s. 1. t. 3. f. 5. Mill. dict. t. 102. Scammonia syriaca. Bauh. pin. 294. Hab. in Syria, Mysia, Cappadocia. ♃

6. *involucratus*, fol. cordato-hastatis pubescentibus, pedunc. subtrifloris, calycibus bracteatis. Willd. sp. p. 845. Hab. in Guinea.

7. *Hermanniae*, fol. cordato-sagittatis subhastatisque crenato-sinuatis: nonnullis integerrimis, pedunc. bifloris. Flor. Per. 2. p. 10. L'Her. Stirp. p. 67. t. 33. Hab. in Peru. Cor. alba. Caps. helvola, carnosa.

8. *crenatifolius*, fol. sagittatis crenatis, pedunc. longis, flor. umbellatis. Flor. Per. l. c. t. 118. f. a. Cum priore. ⊙

9. *sagittifolius*, fol. oblongo-sagittatis: sinu profundissimo, auriculis subacuminatis, pedunc. 1-floris, cal. laciniis rotundato-ovalibus. Mich. flor. 1. p. 138. Pluck. t. 85. f. 3. Hab. in America boreali. Cor. ampla, rosea.

10. *bonariensis*, fol. hastatis, basi cuneatis, apice setula terminatis, pedunc. subtrifloris. Cav. ic. 5. p. 54. t. 48. f. 2. Hab. in planitie de Buenos-Ayres. Corol. alba venulis roseis variegata.

11. *farinosus*, fol. cordatis acuminatis repandis, pedunc. trifloris, caule farinoso. Lin. Jacq. hort. t. 35. Hab. in Madera. ⊙

12. *lanuginosus*, fol. cordatis oblongis subhastatis tomentoso-sericeis: auriculis dentatis, pedunculis trifloris, caule piloso. Vahl. symb. 3. p. 23. Hab. in Oriente. Fol. tomento subferrugineo tecta. Cor. fere C. Scammoniae, flavescens.

13. *villosus*, fol. cordatis ovatis acuminatis margine villoso subciliatis, capit. pedunculatis hirsutimis involucrat. C. ciliatus. Vahl. Eclog. amer. 2. Hab. in Cajenna. C. guianensis habitu.

14. *nummularius*, villosus, fol. cordatis mucronatis, pedunc. multifloris folio longioribus, calycib. ovatis, bracteis lanceolatis. Vahl. l. c. In America meridionali. Sequenti affinis.

15. *nodiflorus*, fol. subtomentosis ovatis subcordatisve, pedunc. bifidis multifloris fol brevioribus, Vahl. l. c. Lam. enc. 3. p. 557. Hab. in ins. St. Crucis. An diversus a C. verticillato?

16. *parviflorus*, foliis cordato-oblongis mucronatis, peduncul. ramosis multifloris brevib. subverticillatis. Enc. bot. 3. p. 556. Burm. amer. p. 83. t. 94. f. 2. Habit. ad St. Domingo in collibus petrosis, ubi floret Decembri.

17. *ovalifolius*, glaber, foliis ovalibus integerrimis emarginatis, pedunc. 1-7-floris, cal. obovatis. Vahl. Eclog. 2. Hab. in India orientali.

18. *incanus*, tomentoso-sericeus, fol. lanceolatis sagittatis obtusis basi subdentatis, pedunc. bifloris. Vahl. l. c. Hab. in America. Cor. extus villosa.

19. *emarginatus*, fol. lanceolatis: inferioribus emarginatis mucronatis, pedunc. unifloris, foliolis calycinis exterioribus semiovatis magnis Vahl. l. c. Burm. ind. 47. t. 21. f. 2.? Hab. in India.

20. *Medium*, glaber, fol. linearib. hastato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunc. unifloris, cal. sagittatis, caule volubili. Lin. Vahl. symb. 3. p. 24. Rheed. 11 t. 55. Hab. in India. Affinis C. reptanti. L. Calycis

foliola sagittata, ut in Campanula Medio. Lin. ⊙

21. *filicaulis*, foliis lineari-lanceolatis obtusis mucronatis, basi dilatatis dentatis, foliolis calycinis oblongis. Vahl. l. c. Hab. in Guinea. ⊙

22. *simplex*, foliis linearibus hastato-acuminatis: auriculis dentatis, foliolis calycinis simplicibus. Lam. enc. 3. p. 542. (C. hastatus.) In India orientali.

23. *dentatus*, fol. hastatis glabris: auriculis dentatis, pedunc. multifloris muricatis. Vahl. symb. 3. p. 25. Hab. in India orientali.

24. *hastatus*, fol. lanceolatis hastatis, pedunc. axillaribus geminis bifloris. Vahl. symb. 1. p. 15. Hab. in Aegypto.

25. *panduratus*, radice crassa, foliis cordatis integris panduriformibus, calycib. laevibus. L. Mich. Flor. 1. p. 138. C. megalorhizus, flore amplo lacteo; fundo purpureo. Dill. elt. 101. t. 85. f. 99. In Virginiae arenosis. Junior subtomentosus. ♃

26. *bracteatus*, fol. cordatis subintegris triloboque hastatis attenuatis, pedunculis unifloris, foliolis exteriorib. calycis bracteiformibus. Vahl. symb. 3. p. 25. Hab. in India orientali.

27. *bicolor*, fol. cordatis villosis, basi angulato-sublobatis, pedunc. unifloris, foliolis exterioribus calycis bracteiformib. Vahl. symb. 3. p. 25. Hab. in India orient.

28. *trilobus*, fol. cordatis villosis trilobis: lobis ovatis acutis, pedunc. unifloris, caule volubili. Thunb. prod. 35. Hab. ad Cap. b. spei.

29. *platanifolius*, fol. cordatis trilobis: lobis lateralibus dentato-angulatis, pedunc. subtrifloris calycibusque subaequalibus glabris. Vahl. symb. 3. p. 26. Fewill. 3. p. 16. t. 11. Pluck. t. 167. f. 3. Hab. in Amer. australi. ♃

30. *acuminatus*, fol. cordatis trilobisque acuminatis, pedunc. elongatis multifloris calycibusque glabris. Vahl. l. c. Habit. in insula St. Crucis.

31. *obscurus*, fol. cordatis acuminatis, pedunc. filiformibus unifloris calycibusque glabris, caule hirsutissimo. Vahl. symb. 3. p. 27. C. flore minore lacteo, fundo atrorubente. Dill. elth. 98. t. 83. f. 95. Hab. in China, Batavia, Zeylona et Surinamo. ⊙

32. *flavus*, fol. cordatis repando-sublobatis denticulis apice mucronatis, peduncul. bifidis multifloris. Willd. p. 852. Burm. ind. 77. t. 30. f. 2? In India orient.

33. *angularis*, fol. cordatis quinquangularibus integerrimis villosis, pedunculis multifloris. L. Burm. ind. 46. t. 19. f. 2. Habit. in Java.

34. *Batatas*, fol. cordatis hastatis quinquenerviis, caule repente hispido tubërifero. L. Michaux Flor. 1. p. 138. C. radice tuberosa esculenta. Catesb. car. p. 60. t. 60. Rumph. 5. t. 130. Hab. in India utraque. Fol. modo hastato, modo angulato-lobata. Mich.

35. *maximus*, fol. cordatis ovatis acuminatis integerrimis glaberrimis, caule petiolisque glabris. Lin. suppl. 237. Rheed. 11. t. 53. Hab. in Zeylona. Caulis inferne ligneus. ♃

36. *gemellus*, fol. cordatis subtus villosiusculis, pedunc. bifloris. Vahl. symb. 3. p. 27. Burm. ind. 46. t. 41. f. 1. Hab. in Javae et Tranquebariae ruderatis. Floret ante meridiem usque ad 12 horam, quod raro in calidis regionibus. Koenig.

37. *cymosus*, fol. cordatis integerrimis, caule filiformi, pedunc. multifloris umbellato-cymosis. Flor. Per. 2. p. 9. t. 117. f. b. In Peruvia ad Pozuzo versuras. Caul. ramosissimus pilis deciduis hirsutus.

38. *sphaerostigma*, fol. cordatis subvillosis, flor. umbellatis, stigm. binis divaricatis capitatis. Cav. ic. 5. p. 54. t. 481. Habit. in Mindanao. Calyx villosus. An potius Ipomoea?

39. *pentanthus*, fol. cordatis acuminatis glabris subrepandis, umbellis pedunc. capitatis quinquefloris, cal. ciliatis. Willd. p. 855. Jacq. ic. rar. 2. p. 316. Collect. 4. p. 210. Hab. . . ♄

40. *gujanensis*, foliis cordato-ovatis subtus calycibusque tomentosis, pedunc. elongatis, floc. corymboso-subcapitatis. Vahl. symb. 3. p. 28. Aubl. guj. 1. p. 136. t. 52. Hab. ad ripas rivulorum in Cajenna et Gujana. ♃

41. *capitatus*, hispidus, fol. cordato-ovatis, flor. cordatis. Vahl. symb. 3. p. 28. Hab. in India orientali.

42. *hispidus*, hirsutissimus, fol. cordato-ovatis, flor. umbellatis, pedunc. brevissimis. Vahl. Symb. p. 29. In India orientali.

43. *triflorus*, fol. cordato-lanceolatis attenuatis glabris obtusis, pedunc. triflor. Vahl. p. 30. Hab. in India orientali.

44. *verticillatus*, fol. cordatis oblongis

nudis, pedunc. umbellatis bifidis multiflor. L. sp. pl. 220. Ipomoea verticillata. Amoen. acad. 5. p. 394. Hab. in America. Flores caerulescentes, parvi.

45. *violaceus*, foliis foliolisque calycis duobus exterioribus cordato-ovatis acutis, pedunc. elongatis bifidis multifloris. Vahl. symb. 3. p. 29. Hab. in insula St. Crucis.

46. *umbellatus*, fol. cordatis, caule volubili, pedunc. umbellatis. Lin. Swartz. obs. 62. Pluck. alm. 114. t. 167. f. 1. Plum. amer. 88. t. 102 Hab. in Martinica, Domingo. Cor. lutea. Stigm. 2, globosa. Sw. ♃

47. *tugariorum*, fol. cordato-sagittatis acutis, caule anguloso, pedunc. tetragonis unifl. Forst. n. 74. Hab. in Nova Zeelandia.

48. *cordifolius*, fol. cordatis hastatis dentatis, pedunc. bifido-umbellatis, caule volubili. Th. prod. 35. H. ad Cap. b. spei.

49. *bifidus*, fol. cordatis oblongis acuminatis subtus mollissimis, pedunc. bifidis multifloris. Vahl. symb. 3. p. 30. Hab. in Java et India orientali.

50. *malabaricus*, fol. cordatis glabris, caule perenni villoso. L. Rheed. 11. t. 51. Hab. in Malabariae arenosis. ♄

51. *coelestis*, fol. cordatis acuminatissimis pubescentib., pedunc. elongatis umbellato-trifidis. Forst. prod. n. 77. Hab. in ins. Tanna.

52. *canariensis*, fol. cordatis pubescentibus, caule perenni villoso, pedunc. multifloris. L. Comm. hort. 2. p. 101. t. 51. Pluck. alm. t. 325. f. 1. Hab. in Canariensib. insulis. ♄

53. *ferrugineus*, ferrugineo-tomentosus, fol. cordato-ovatis acutis, pedunc. axillaribus quadrifloris. Vahl. eclog. 1. p. 17. Hab. in Amer. merid. ♄

54. *muricatus*, fol. cordatis, pedunculis incrassatis calycibusque laevibus, caule muricato. L. Hab. in Surate. Simillimus C. purpureo. ☉

55. *triqueter*, fol. cordatis acutis subvillosis, pedunc. multifloris, caule tricarinato. Vahl. symb. 3. p. 30. Hab. in insula St. Crucis.

56. *anceps*, fol. cordatis, caule volubili utrinque carinato. L. H. in Zeylona, Java

57. *Turpethum*, fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multifl. L. Blackw. t. 397. Herm. Lugd. B. t. 178. 179. Turpethum repens, fol. Althaeae vel indicum. Bauh. pin. 149. In Zeylona. ♃

58. *grandiflorus*, foliis cordatis ovatis obtusiusculis integerrimis, pedunc. subbifloris, cal. coriaceis, caule petiolisque pubescentibus. Lin. suppl. 136. Rheed. 11. t. 50. Hab. in India inter spineta ad littora fluminum. Caulis arboreus. Cal. di-s. triphyllus coriaceus. ♄

59. *trinervius*, fol. cordatis oblongis glabris trinerviis, caule volubili tereti, pedunc. unifloris. Thunb. jap. 85. encycl. bot. 3. p. 543. Hab. in Japonia. Folia opposita. An Ipomoea?

60. *peltatus*, fol. peltatis, pedunculis multifloris, L. Rumph. amb. 5. t. 159. Hab. in Amboina inque Societatis insulis.

61? *Jalapa*, caule volubili, fol. ovatis subcordatis obtusis, obsolete repandis subtus villosis, pedunc. unifloris. Ait. Kew. 1. p. 211. Hab. in Mexico, Vera cruce. Rad. magna, nigra. Sem. hirsuta. Ipomoea macrorhiga. Michaux. p. 141?

62. *macrospermus*, fol. ellipticis acutis glabris, cor. planis, capsularum loculis monospermis, caule scandente. Willd. p. 860. Mouroucoa violacea. Aubl. Guj. 1. p. 142. t. 54. Hab. in Gujanae sylvis. ♄

63. *tenellus*, fol. ellipticis mucronatis, basi subcordatis, pedunc. bifloris fol. longioribus. Willd. Lam. enc. 3. p. 535. Pluck. alm. 114. t. 166. Hab. in Carolina.

64. *sericeus*, fol. lanceolato-ellipticis, subtus tomentoso-sericeis, pedunc. subumbellatis, cal. pilosis, caule volubili. Lin. C. mollis. Burm. ind. 44. t. 17. f. 1. Hab. in India. ♄

65. *tomentosus*, fol. trilobis tomentosis, caule lanuginoso. Lin. Sloan. jam. 55. hist. t. 98. f. 2. Pluck. t. 167. f. 4. In Jamaica.

66. *quinqueflorus*, fol. sagittato-ovatis attenuatis glabris crenato-subrepandis, pedunc. subquinquefloris. Vahl. symb. 3. p. 31. Hab. in insula Borbonia?

67. *arenarius*, fol. oblongis emarginatis basi lobatis integrisve, pedunc. unifloris, cor. tubulosis. Vahl. symb. 1. p. 18. Hab. in ins. Azoricis et ins. St. Crucis.

68. *althaeoides*, fol. cordatis sinuatis sericeis: lobis repandis, pedunc. bifloris. L. Barr. rar. 5. t. 312. Hab. in Europae meridionalis, Orientis et Africae collib. ♃

69. *cairicus*, fol. palmatis glabris serrulatis, stipulis foliiformibus palmatis, axillaribus tomentosis, cal. pedunculatis laevib. Vahl symbol. 1. p. 15. Ipomoea palmata. Forsk. Hab. in Aegypto ♃

70. *quinquelobus*, fol palmato-quin-

quelobis serrulatis obtusis glabris, axillis tomentosis, pedunc unifloris, caule glabro. Vahl. symb. 3. p. 32. In insula St. Crucis.

71. *vitifolius*, fol. palmatis quinquelobis glabris dentatis, caule piloso, pedunculis multifloris. L. Mant 203. Burm. ind. 45. t. 18. f. 1. Pluck. alm. t. 25. f. 3. Hab. in India orientali.

72. *mucronatus*, fol. palmato-pedatis: lobis ciliatis apice mucronatis, pedunculis unifloris. Forst. prod. n.° 79. Habit. in insula Tanna.

73. *macrocarpus*. fol. palmato-pedatis quinquepartitis, pedunc. unifloris. L. Plum. spec. 1. ic. 91. f. 1. Hab. in Amer. Pedunc. articulati, incrassati. ⊙

74. *paniculatus*, fol. palmatis lobis septenis ovatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis. Linn. Jacq. collect. 4. p. 216. Rheed. 11. t. 49. Hab. in Malabariae arenosis. Var. fol. 3-lobis s. 5-lobis. ♃

75. *macrorhizos*, fol. digitatis septenis integerrimis, caule glabro, pedunc. triflor. Lin. Plum. sp. 1. ic. 90. f. 1. Hab. in Amer. An Ipomoea?

76. *quinquefolius*, fol. digitatis glabris dentatis, pedunc. laevibus. Linn. Swartz. obs. 63. Pluck. alm. 116. t. 167. f. 6. Hab. in America., in Jamaicae sepibus. Stigm. 2, subglobosa. Sw. Ipomoea?

77. *glaber*, fol. digitatis quinatis: foliol. ovato-lanceolatis integerrimis laevibus, pedunc. multifloris. Lam. enc. bot. 3. p. 566. Aubl. Gujan. p. 138. t. 53. Willd. p. 8 6. Hab. in Cayenna. Lactescens.

78. *venosus*, glaber, fol. digitatis: foliolis petiolatis ovato-acuminatis venosis, petiolis communibus basi cirrhosis. Lam. l. c. Vahl. symb. 3. p. 32? Hab. in ins. Franc. et Borboniae. Ipomoea?

79. *eriospermus*, fol. digitatis: foliolis suboctonis linearibus, angustissimis, sem. hirsutis. Lam. l. c. p. 567. Cresc. in St. Domingo. Cap. 4-valvis, 2-locul. loculis 2-spermis. Sem. sericea.

80. *macrocalyx*, fol. quinatis oblongo-lanceolatis integerrimis, pedunc. longissimis racemoso-dichotomis. Flor. Per. 2. p. 10. t. 98. In Peruv. nemorosis. Petioli contorti.

81. *chilensis*, pedunc. 1-floris, fol. profundissime 5-partitis: laciniis linearibus, media productiore. Cav. ic. 5. p. 54. t. 480. f. 1. (C. dissectus.) Cresc. in Regno chilensi.

82. *tenuifolius*, foliis digitatis quinis, foliolis linearibus, pedunc. subquadrifloris. Vahl. symbol. 3. p. 33. Habit. in India orientali.

*** Caule prostrato et non volubili.*

7. *cretensis*, foliolis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, seminibus oblongis hirsutis. Jacq. austr. t. 62. Hab. in Helvetia, Austria, Carniolia. ♃

8. *annua*, fol. multipartitis: laciniis linearibus teretiusculis acuminatis. Myrrhis tenuifolia annua cretica, semine lanugine alba pubescente. Moris. hist. 3. p. 303. Hab. in Creta. Var. *Cretensis?* ⊙

689. PEUCEDANUM. *Fructus* ovatus, utrinque striatus, ala cinctus. *Involucra* brevissima. (Caul. altus. Fol. multifido-linearia.)

1. *officinale*, fol. quinquies tripartitis filiformibus linearibus. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1405. Gmel. sib. 1. t. 41. Hab. in Europae australioris pratis pinguibus. Flor. flavescentes. ♃

* *gallicum*, fol. quadri-quinquies partitis lineari-acuminatis (sublanceolato-linearibus), flor. albis. P. gallicum. Tournef. Hist. d. pl. de Paris. v. 2. p. 478. Hab. in sylvaticis, praesertim prope Fontainebleau. Caul. altus, basi fibris aridis cinctus. ♃

2. *arenarium*, fol. subquadripinnatis, umbellis pedunculatis 5-7-fidis, involucr. universali subnullo. Plantar. hongar. p. 18. t. 20. Hab. in clivis arenosis Pestini. Altitudo spectabilis. Rad. profundissime penetrat. Cor. flava. Accedit ad P. *officinale*.

3. *italicum*, fol. tripartitis, foliol. linearibus longissimis. Mill. dict. n°. 2. P. officinale. β. Lin. A prima specie diversum videtur, ob fol. tripartita tantummodo: foliolis 3-plo fere longiorib., etiam multo latioribus.

4. *serotinum*, caul. altissimo, fol. quinquies partitis, foliol. ternatis confluentibus. P. *tenuifolium*. Enc. bot. 5. p. 228. Colitur in Hort. Parisiensi. Cor. flavescens. Foliol. basi confluant, apice divergunt.

5. *alpestre*, foliolis linearibus ramosis. Lin. Hort. Cliff. Hab.... †

6. *capillaceum*, fol. bipinnatis, laciniis capillaceis sulcatis. Thunb. prod. 50. Hab. ad Cap. b. spei, c. sequente.

7. *tenuifolium*, fol. bipinnatifidis, laciniis lanceolatis oppositis alternisque marginatis. Thunb.

8. *sibiricum*, foliolis linearibus acutis, umbellis primordialibus sessilibus. Willd. p. 1406. Hab. in Sibiria. Fol. supradecomposita, foliolis longis linearibus acutis in petiolum partialem decurrentibus. W. ♃

9. *japonicum*, fol quinquies tripartitis, foliol. cuneiformib. trifidis. Thunb. jap. 117. Hab. maritimis Japoniae.

10. *Silaus*, foliolis pinnatifidis: laciniis oppositis, involucro universali diphyllo. L. Jacq. austr. t. 15. Riv. t. 59. Hab. in Helvetiae, Narbonae, Germaniae, Angliae, subhumidis. Caul. Foliola lanceolata, quasi carinata: extimis coadunatis. Flor. lutei, extus albidi. L. Involucr. etiam o. ♃

11. *alsaticum*, fol. pinnatifidis: laciniulis trifidis obtusiusculis, involucro polyphyllo. Jacq. austr. t. 70. Hab. in Alsatiae, Austriae, Palatinatus dumetis humidiusculis. Petala lutea. ♃

12. *aureum*, fol. tripinnatis, foliolis caulinis lineari-lanceolatis, radicalibus

oblongis multifidis. Ait. Kew. 1. p. 341. Hab. in Canariis. ♂

13. *nodosum*, foliolis alternatim multifidis, caul. nodoso. L. Hab. in Creta.

14. *geniculatum*, fol. subrotundo reniformibus crenatis. Forst. prod. Hab. in Nova Zeelandia.

690. CRITHMUM. *Involucr.* polyphyllum. *Fructus* ovalis, compressus. *Flosculi* æquales.

1. *maritimum*, fol. lanceolatis carnosis. L. Jacq. hort. t. 187. Hab. ad maris littora. ♄

2. *latifolium*, fol. cuneiformibus fissis. Ait. Kew. 1. p. 342. C. fol. pinnatis, foliolis sessilibus obovatis lobatis, lobis dentatis. Linn. suppl. 180. Hab. in maritimis Teneriffae et Salvages. Sesquipedale. Flor. lutei. ♂

3. *canariense*, fol. carnosis bipinnatis basi ample vaginantibus. Cav. in Annal. d. scientias natur. p. 35. Hab. prope Teneriffe.

691. CACHRYS. *Involucra* polyphylla. *Fruct.* magnus subovatus, angulatus aut laevis, suberoso-corticatus.

1. *odontalgica*, fol. radicalibus supradecompositis tomentoso-canis, caule nudo umbellifero, seminibus cortice suberoso laevissimo. Linn. suppl. 181. Willd. Sp. p. 1409. Pall. it. 3. app. n°. 75. t. 9. f. 1. 2. 3. Hab. in desertis Sibiriae inter Wolgam et Jaicum. Radix longissima saporis acerrimi unde gaudet vi sialagoga. L. ♃

2. *Libanotis*, fol. bipinnatis, pinnis oppositis linearibus subpungentibus, seminibus sulcatis glabris. Vahl. symb. 3. p. 49. C. semine fungoso sulcato plano minore, fol. Peucedani angustis. Moris. s. 9. t. 1. f. 6. Umb. t. 3. f. 3. Hab. in Sicilia. ♃

3. *laevigata*, fol. supradecompositis ferulaceis, laciniis setaceis brevibus, seminibus laevibus non sulcatis glabris. Lam. enc. 1. p. 256. C. peucedanoides. Desf. Atl. 1. p. 250. C. Morisoni. Vahl. Willd. p. 1409. C. semine fungoso laevi, fol. ferulaceis. Moris. umb. 63. t. 3. f. 1. Hab. in Hispania, Gallia australi, Italia et Algeriae agris. ♃

4. *humilis*, fol. supradecompositis glabris: foliol. linearibus trifidis mucronatis, seminib. glabriusculis. Schousb. Maroc. ed. germ. p. 119. Hab. prope Cap Spartel.

5. *microcarpos*, fol. tripartito-decompositis: foliol. setaceis, seminib. glabratis: striis crenatis. Tableau de la mer Caspienne. n°. 9. Moris. s. 9. t. 1. f. 1. Hab. ad margines lapidosus rivorum in montosis inter Kubam et Schamachiam. ♃

6. *sicula*, fol. (glaucis) pinnatis: foliolis linearibus acutis divaricatis, seminib. ovatis sulcatis hispidis. Moris. s. 9. t. 1. f. 3. Umb. t. 3. f. 2. Bocc. sic. 37. t. 18. Hab. in Sicilia, Hispania et Barbaria. Semina crassissima, sulcata, hispida. ♃

7. *taurica*, fol. bipinnatis, foliolis linearibus acutis, seminibus sulcatis suberculatis. Willd. Hab. in Tauria, inque Sibiria. Sem. triplo minora quam in praecedentibus. Planta dioica W.

8. *cretica*, fol. bipinnatis, foliolis lanceolatis serratis, seminibus sulcatis asperis. Lam. enc. 1. p. 257. C. cretica Angelicae folio asphodeli radice. Tournef. cor. 23. Hab. in Creta. ♃

9. *panacisfolia*, fol. pinnatis ternatisque, foliolis oblongis crenatis villosis, seminibus hirsutis. Vahl. symb. 1. p. 25. C. pastinacea. Lam. enc. 1. p. 257. C. tomentosa. Desf. Atl. 1. p. 249. Moris. s. 9. p. 267. t. 1. f. 4. C. ungarica panacis folio. Tournef. ins. 325. Bocc. sic. 1. t. 1. Hab. in Castilia nova, Sicilia, Barbaria. ♃

10? *crispa*, fol. multifidis, dichotomis foliol. linearibus, caul. humili subdichotomo, sem. alis tenuibus undulato-crispis. Hab. . . . Ex hort. b. Monnieri Versaliensi. Pulchra. Cor. lutea. Sem. parvula, oculo nudo scabra. An Laserpitium?

692. FERULA. *Involucr.* universale caducum; partiale polyphyllum. *Fructus* ovalis, compresso-planus, striis utrinque 3. (Caul. utplurimum altissimus.)

1. *communis*, foliolis linearibus longissimis simplicibus. L. Willd. p. 1411. Desf. Atl. 1. p. 251. Moris. s. 9. t. 15. f. 3. Hab. in Europa australi et in Barbaria. cfr. Lam. enc. 2. p. 454.

2. *sibirica*, foliolis lineari-lobulatis teretibus, involucro universali nullo. Willd. Pall. itin. 2. app. n°. 102. t. N. Hab. in Sibiriae locis arenosis humidiusculis. ♃

3. *glauca*, fol. supradecompositis: foliolis lanceolato-linearibus planis subtus glaucis. L. Hab. in Sicilia, Italia. ♃

4. *rablensis*, fol. subquadripinnatis, foliolis linearibus planis angustissimis trifidis,

simplicibusque. Wulff. Jacq. Coll. 4. p. 312. Hab. in Carinthia. ♃

5. *tingitana*, fol. laciniatis : lacinulis tridentatis inaequalibus nitidis. F. folio latissimo lucido. Herm. par. 165. t. 165. Moris. s. 9. t. 15. f. ult. Hab. in Hispania, Barbaria. Fol. uti in Apio Petroselino. Lam. enc. ♂

6. *Ferulago*, fol. pinnatifidis : pinnis linearibus planis trifidis. L. Desf. Atl. p. 251. Moris. s. 9. t. 15. f. 1. Hab. in Sicilia et Barbaria.

7. *orientalis*, foliorum pinnis basi nudis, foliolis setaceis. Hort. Tournef. itin. 3. p. 239. t. 239. Hab. in Oriente.

8. *Meoides*, foliorum pinnis utrinque appendiculatis, foliolis setaceis. Lin. Laserpitium orientale, folio mei, flore luteo. Tournef. cor. 23. Hab. in Oriente.

9. *nodiflora*, fol. linearibus angustissimus, umbell. pedunculatis ad nodos verticillatis. Lam. enc. 3. p. 456. Moris. s. 9. t. 15. f. 1. Jacq. austr. 5. appotis. p. 28. Barref. ic. t. 835. Hab. in Carn. et Europ. meridionali.

10. *sulcata*, foliol. linearibus, umbel-primordiali sessili lateralibus breviore, sem. longe ellipticis profunde sulcatis. Desf. Atl. t. 253. p. 67. Hab. in Algeriae collib. incultis. Priori affinis. ♃

11. *canadensis*, lucida canadensis. Lin. Hab. in Virginia. ♃ †

12. *Assafoetida*, foliolis alternatim sinuatis obtusis. L. Kaempf. amoen. 535. t. 536. Phil. transact. v. 75. an. 1785. Hab. in Persia. Odor alliaceus. Rad. succus condensatus sub nomine indito notus. ♃

13. *persica*, fol. supradecompositis, fol. multifidis acutis decurrentibus, umbella primordiali sessili. Willd. Hab. in Persia. ♃

693. LASERPITIUM. *Fructus* oblongus : angulis membranaceis. *Petala* inflexa, emarginata, patentia.

1. *latifolium*, fol. oblique cordatis dentatis, dentibus mucronatis, seminum alis crispis. Willd. p. 1414. Jacq. aust. t. 146. L. foliolis oblique cordatis crenatis, crenis mucronatis, umbella alba. Lam. enc. 3. p. 423. Moris. s. 9. t. 19. f. 1. Hab. in Europ. nemoribus siccis. ♃

2. *Libanotis*, fol. ovatis serratis, terminalibus inciso-lobatis, sem. alis laevibus. Willd. L. umb. purpurea. Lam. l. c. Riv. t. 21. Moris. s. 9. t. 19. f. 6. Hab. in Italia. ♃

3. *capense*, foliolis ovatis integris mucronatis. Thunb. prod. 50. Hab. ad Cap. b. spei.

4? *trilobum*, foliolis trilobis incisis. L. Pluck. phyt. 223. s. 7. Hab. in Gargano monte, foliola basi cordata. ♃

5. *aquilegifolium*, foliolis obtusis basi ovatis lobatis. Jacq. aust. 2. t. 147. Hab. in collibus saxosis Austriae. Fructus alis membranaceis brevibus quinis instructa, interjectis quatuor angustioribus. Jacq. Fruct. oblongo-ellipticus, costatus apterygius : Siler aquilegifolium. Gaertn. de fr. 1. p. 92. t. 21. ♃

6. *gallicum*, foliolis cuneiformibus trifidis, laciniis oblongis obtusiusculis, apice calloso-mucronatis. Willd. Pluck. phytog. t. 198. f. 6. Hab. in Europa australi. ♃

7. *angustissimum*, foliolis cuneiformib. tri-quinquefidisque, laciniis lanceolatis acuminatis. Willd. p. 1416. Hab. in Europa australi?

8. *triquetrum*, fol. ovato-oblongis aut alato-pinnatifidis, foliol. ovato-lanceolatis serratis, petiolis late membranaceis. Vent. Hort. Cels. p. 97. t. 97. Hab. Constantinopoli. Succo gummiresinoso scatet. ♃

9. *formosum*, foliol. pinnatifidis, laciniis linearibus cuspidato-mucronatis. Willd. l. c. Pluck. phytog. t. 199. f. 1. Hab. in Europa australi. ♃

10. *angustifolium*, foliolis lanceolatis obtusis mucronatis integerrimis sessilibus. Moris. s. 9. t. 19. f. 9. Pluck. alm. 207. t. 198. f. 4. Hab. in Europa australi. ♃

11. *aureum*, foliolis lanceolatis acuminatis integerrimis sessilibus, terminalibus bi-trifidisque. Willd. Tournef. cor. 23. Hab. in Oriente.

12. *prutenicum*, hispidum, foliolis lanceolatis integerrimis : extimis coalitis. Jacq. austr. t. 153. Rivin. pent. t. 23. Hab. in Borussia, Germania, Austria. Involucr. reflexa. ♃

13. *dauricum*, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus, involucro universali polyphyllo pinnatifido, caule maculato. Willd. Jacq. hort. 3. t. 38. Ligusticum ferulaceum. Allion. ped. n°. 1319. t. 60. f. 1. Hab. in Sibiria et in alpibus Italiae. ♃

14. *silaifolium*, foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis, involucro universali subnullo, caule glabro. Willd. Jacq. austr. app. t. 44. Hab. in Carnioliae et Austriae saxosis asperis. ♃

15. *Aciphylla*, caule vaginato, petiolis foliorum dilatatis, fol. digitatis linearibus elongatis mucronatis. Linn. suppl. 181. Aciphylla squarrosa. Forst. char. gen. p. 135. t. 68. Hab. in Nova Zeelandia.

16. *peucedanoides*, foliolis lineari-lanceolatis venoso-striatis distinctis. Jacq. ic. 2. t. 350. Jacq. Collect. 1. p. 220. Seg. veron. 3. p. 227. t. 17. Pluck. alm. t. 96. f. 1. β. Foliolis linearibus angustissimis. W. Hab. in Baldi Carnioliae et Croatiae alpinis. Rad. crassa. ♃

17. *Siler*, foliolis ovali-lanceolatis integerrimis petiolatis. L. Jacq. austr. t. 145. Siler montanum. Moris. s. 9. t. 3. f. 1. β. Siler angustifolium. Bauh. pin. 162. Moris. l. c. f. 2. Hab. in Austria, Helvetia, Gallia. ♃

Obs. Sem. sulcata absque membranulis. L. Alae sem. angustissimae. Lam.

18. *Archangelica*, fol. decompositis, foliolis ovatis bi-trifidisve dentatis subtus hirsutis. Willd. Jacq. ic. 1. t. 58. Coll. 1. p. 214. Dod. pempt. 319. t. 318. Hab. in rupestribus umbrosis Carnioliae, Croatiae. ♃

19. *Chironium*, foliolis oblique cordatis, petiolis hirsutis. Blackw. t. 434. Moris. s. 9. t. 17. f. 1. Hab. Monspelii. ♃ †

20. *lucidum*, foliis supradecompositis lineari-subulatis glabris, involucris universalibus pinnatis. Ait. Kew. 1. p. 345. Hab. in Helvetia. ♂

21. *ferulaceum*, fol. supradecompositis, foliolis linearibus. L. Tournef. it. 2. p. 111. et t. 121. Hab. in Oriente. ♃

22. *hirsutum* (*Halleri*), fol. supradecompositis hirsutis, foliolis multifidis, involucri polyphylli fol. margine membranaceis apice ciliatis. Willd. L. fol. subhirsutis quadripinnatis circumscriptione triangularibus, foliolis parvis multipartitis. Lam. enc. 3. p. 424. L. Halleri. Allion. pedem. n°. 1315. Vill. delph. 2. p. 625. L. Panax. Gouan. illust. 13. Hall. helv. n°. 795. t. 19. Hab. in alpibus. Distinctum a Thapsia Asclepium. ♃

23. *scabrum*, fol. supradecompositis scabris, foliolis elongato-tridentatis, vaginis petiolorum dentatis laxis, involucro polyphyllo. Willd. Cav. ic. 2. p. 72. t. 190. Hab. in Hispania. Simile praecedenti. Styli decidui. ⊙

24. *Thapsioides*, glabrum, fol. multifariam decompositis, foliolis rigidulis nitidis subulatis. Desf. Atl. 1. p. 252. Hab. in Atlante. Cor. lutea. Sem. crassa. ♃

25. *Meoides*, caul. glabro, petiol. hispidis, fol. multifariam decompositis, folior. confertis aciformibus. Desf. l. c. p. 253. J. B. hist. 3. p. 37. Hab. in monte Lazar Algeriae. Fol. maxima denso cespite. Cor. lutea. Umb. laterales primordiali longiores. ♃

26. *Daucoides*, glaberrimum, fol. imis bipinnatis: caulinis pinnatis, foliolis linearibus, sem. alis denticulatis. Desf. Atl. l. c. t. 20. Caucalis virgata. Poir. it. 153. In Barbariae maris littoribus. Umb. fructifera excavata.

27. *Fontanesii*, glabrum, caul. subdichotomo, fol. inferioribus longe petiolatis: foliolis angusto-linearibus, umbellulis distinctis. L. *peucedanoides*. Desf. p. 255. t. 71. Hab. in arvis prope Sbibam.

28. *gummiferum*, glabrum, fol. planis, foliolis angustis rigidulis, umbell. hemisphaericis distinctis, cor. candidis. Desf. l. c. t. 72. L. Thapsiaeforme. Botero Phytogr. Lusit. n°. 19. t. 205. Hab. in Barbaria et Lusitania in cultis aridis. Rami succum glutinosum et graveolentem fundunt. D.

29. *polygamum*, fol. pinnatis, foliolis pinnatifidis brevibus, umbel. polygama, seminib. coronatis. Lam. enc. 3. p. 425. Crec. in Barbaria. Poiret. Habitus Selini, cal. Oenanthi, et semina Laserpitii. Styli longi persistentes. L.

30. *simplex*, scapo nudo aphyllo simplici, fol. pinnatis multifidis acutis linearibus, umb. semiglobosa. Lin. Jacq. Misc. 2. t. 2. Ligusticum. Vill. Delph. t. 14. Allioni. t. 71. Hab. in Alpibus. ♃

694. HASSELQUISTIA. *Cor.* radiatae, disci masculae s. abortivae. *Petala* incurvato-bifida. *Sem.* umbellae exteriora orbiculata crenata, interiora haemisphaerica urceolata.

1. *aegyptiaca*, fol. pinnatis: foliolis pinnatifidis. Lin. suppl. p. 179. Willd. Sp. p. 1379. Jacq. hort. t. 87. Hab. in Arabia Aegypto. Caul. teres, villosus. L. ⊙

2. *cordata*, fol. inferiorib. ternatis foliol. ovatis crenatis, superiorib. cordatis simplicibus. Lin. Jacq. hort. 2. p. 91. t. 193. Hab. . . . Caul. flexuosus. ⊙

Obs. Genus sequenti nimis affine.

695. TORDYLIUM. *Cor.* radiatae, omnes hermaphroditae. *Fructus* suborbiculatus, margine callosus,

crenatus aut laevis planus. *Involucra* (longa) indivisa.

1. *syriacum*, involucris umbella longioribus. L. Willd. p. 1381. Hab. in Syria. ☉

2. *officinale*, involucris partialibus longitudine florum, foliolis ovatis laciniatis. L. Hab. in Anglia, Narbona, Italia, Sicilia. Flor. carnei.

3. *peregrinum*, seminibus sulcatis rugosis plicatis, involucro universali monophylla subtrifido. Caucalis hispanica. Cam. hort. 37. t. 11. Hab. in Oriente. D.

4. *apulum*, umbellulis remotis, fol. pinnatis: pinnis subrotundis laciniatis. Jacq. hort. t. 53. T. apulum minimum. Columna. ecphr. 1. p. 122. t. 124. Hab. in Italia, Apuliae incultis.

5. *maximum*, umbellis confertis radiatis, foliolis lanceolatis inciso-serratis. L. Jacq. austr. t. 142. Hab. in ruderatis, sepibus. ☉

6. *siifolium*, umbellis confertis radiatis, fol. pinnatis, foliol. oblongis serratis. Scop. Car. p. 194. t. 8. Willd. p. 1383. Hab. in Carnioliae alpibus. Petala rubra.

7. *humile*, fol. inferioribus pinnatis: foliol. lobatis incisis, caul. inferne piloso, involucr. minimis setaceis, sem. margine crenatis. Desf. Atl. 1. p. 235. t. 58. Hab. in Tunetia inter segetes prope Hamamelif.

8. *absinthifolium*, incanum, fol. decompositis: foliolis cuneiformibus trifidis, cor. subuniformibus, fructu villoso. Vent. Choix de Pl. p. 22. t. 22. sub Heracleo. Hab. in Oriente, Persia. Involucr. parva, aequalia.

696. HERACLEUM. *Fructus* ellipticus, emarginatus, compressus, striatus, marginatus. *Cor.* difformis, inflexo-emarginata. *Involucrum* caducum.

1. *Sphondylium*, fol. pinnatis, foliolis quinis oblongis pinnatifidis acutis dentatis, cor. subuniformibus. Willd. Sp. p. 1421. Blackw. t. 540. Sphondylium. Riv. t. 4. Hab. in pratis, ad vias. ♂

2. *flavescens*, fol. pinnatis, foliolis quinis oblongis pinnatifidis acuminatis dentatis, margine scabris, floribus radiatis. Willd. l. c. H. angustifolium. Jacq. aust. 2. p. 46. t. 173. Hab. in Austria. ♃

3. *angustifolium*, fol. cruciato-pinnatis: foliolis linearibus, cor. flosculosis. β. *longifolium*, folior. pinnis longissimis. Jacq. aust. 2. p. 46. t. 174. Hab. in Suecia, Anglia, Germania. Flor. uniformes. ♃

4. *elegans*, foliolis decussive pinnatifidis dentatis. Willd. p. 1422. Jacq. aust. 2. p. 175. Hab. in Austria. ♃

5. *sibiricum*, fol. pinnatis: foliolis quinis: intermediis sessilibus, coroll. uniformibus. L. Gmel. sibir. 1. p. 128. t. 50 Hab. in Sibiria. Caul. profunde sulcatus, hispidus. Folior. vaginae basis barba alba densa. ♂

6. *Panaces*, fol. pinnatis: foliolis quinis: intermediis sessilibus, flor. radiatis. Hab. in Apenninis, Sibiria. Fol. subtus tomentosa, et pedunc. laeves nec scabri.

7. *tuberosum*, fol. pinnatis, foliolis septenis, floribus radiatis. Molina Chil. ed. germ. p. 115. Hab. in Chili, in collibus arenosis. ♃

8. *austriacum*, fol. pinnatis utrinque rugosis scabris, flor. subradiatis. Jacq. austr. t. 61. Hab. in Austriae alpibus. ♃

9. *lanatum*, fol. ternis petiolo nervisque subtus lanato-villosis: foliolis amplis subrotundo-cordatis, subpalmato-lobatis, fruct. orbiculatis. Michaux. Flor. 1. p. 166. Hab. in Canada.

10. *alpinum*, fol. simplicibus cordatis obsolete lobatis serratis. Willd. Sphondylium fol. subrotundis glabris, obtuse semitrilobis. Hall. helv. n°. 810. Barr. ic. 55. Hab. in Helvetiae alpibus. Scapus nudus. Fol. Ficus. L. ♃

β. *pyrenaicum*, fol. simplicibus cordato-palmatis, subtus tomentosis, fruct. orbicularibus. Lam. enc. 1. p. 403. Hab. in Pyreneis. †

11. *pumilum*, fol. bipinnatis, foliolis lanceolatis glabris, caule prostrato. Vill. delph. 2. p. 640. t. 14. H. minimum. Lam. enc. 1. p. 403. Hab. in alpibus Delphinatus. ♃

697. LIGUSTICUM. *Fructus* oblongus, 5-sulcatus utrinque. *Corol.* aequales. *Petala* involuta integra *Cal.* 5-dentatus.

1. *Levisticum*, fol. magnis multiplicibus: foliolis superne incisis. L. Blackw. t. 275. Willd. p. 1424. Moris. s. 9. t. 3. f. 1. Angelica paludapifolia. Lam. enc. 1. p. 173. Hab. in Apenninis Liguriae. ♃

2. *scoticum*, fol. biternatis, foliolis subrhombeis inciso-serratis. Flor. dan. t. 207.

Michaux. 1. p. 166. Leghtf. p. 159. Pluck. alm. t. 96. f. 2. Angelica scotica. Lam. l. c. Hab. ad littora maris in Anglia, Scotia, Suecia, Dania, Canada. Aromaticum. ♃

3. *aquilegifolium*, fol. triternatis, foliolis trifidis dentatis, stylis divaricatis persistentibus. Willd. p. 1425. Danaa aquilegifolia. Allion. pedem. n°. 1392. t. 63. Hab. in saxosis apricis Taurinensium. ♃

4. *peloponense*, fol. multiplicato-pinnatis, foliolis pinnatim incisis. Jacq. aust. 5. p. 33. app. t. 13. Athamanta Golaka. Hacquet. carniol. p. 14. t. 5. Hab. in Peloponesiacis, Carniolicis, Rhaeticis et Gebennicis montibus nemorosis. Fol. maxima. Caul. 3-4-pedalis. ♃

5. *cicutaefolium*, fol. decompositis: foliol. obtusis uninervosis, ramis divaricatis. Vill. Delph. 2. p. 612. t. 15. L. apioides. Lam. enc. 3. p. 577. Till. Pis. p. 98. t. 39. f. 2. Hab. in sylvaticis apricis Delphinatus. Facie Oreoselini. Petala alba.

6. *austriacum*, fol. bipinnatis: foliolis confluentibus incisis integerrimis. Jacq. austr. t. 151. Allion. pedem. t. 43. L. Gmelini. Vill. delph. 2. p. 610. t. 13. Hab. in Italiae, Galliae, Austriae, Silesiae alpinis. ♃

7. *cornubiense*, fol. radicalibus decompositis incisis, caulinis ternatis lanceolatis integerrimis, seminum sulcis obsoletis. Smith. ic. pict. pl. rar. fasc. 2. p. 11. t. 11. Ej. Brit. 1. p. 310. Petiv. herb. brit. 26. f. 9. Hab. in Cornubia (Cornwal in Anglia) dumetis et ad sepes. Rad. resina flava scatet. S.

8. *pyrenaeum*, fol. supradecompositis, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus mucronatis, involucro universali subnullo deciduo, costis seminum membranaceis glabris. Willd. Gouan. illust. p. 14. t. 10. f. 2. Hab. in Pyrenaeis; etiam in montibus Vogesiensibus lectum a D. Nestler. ♃

9. *candicans*, fol. supradecompositis, foliolis cuneiformibus incisis glabris, involucro universali diphyllo subfoliaceo, costis seminum membranaceis glabris. Ait. Kew. 1. p. 348. Hab. . . . ♃

10. *peregrinum*, umb. primariae involucro subnullo, lateralium basi membranacco: radiis subramosis. Jacq. hort. 3. p. 13. t. 18. Apium hortense magnum, petroselini sapore. Bauh. hist. 3. p. 99. Hab. in Lusitania. Conf. cum n°. 6. Folia tripartita: laciniis cuneatis incisis glabris petroselini, sed majoribus. Petioli lateribus membrana alba. L. Pet. flavescentia. ♂

11. *balearicum*, fol. pinnatis: foliolis infimis auctis foliolo. L. Hab. in Balearibus, Romae. ♂

12. *Gingidium*, fol. pinnatis, foliolis rhombeo-cordatis obliquis crenatis obtusis. Först. prod. 140. Gingidium montanum. Forst. char. gen. 41. t. 21. Hab. in montibus Novae Zeelandiae.

13. *longifolium*, fol. biternatis, radicalibus decompositis, foliolis lineari-lanceolatis integerrimis. Willd. p. 1428. Moris. s. 9. t. 15. f. [illegible] Hab. in Sibiria. ♃

14. *acteaefolium*, fol. duplicato-tripartitis, foliolis ovalibus aequaliter dentatis, involucellis setaceis, fruct. subalato-costatis. Michaux. l. c. Cresc. ad ripas flum. St. Laurentii.

15? *barbinode*, caul. laevi: nodis barbatis, fol. biternatis (plerisque), fruct. ovalibus margine utroque subdipteris. Mich. p. 167. Hab. in Carol. superiore.

16. *pusillum*, annuum, fol. biternatim multipartitis, umbellulis 3-5-floris, fruct. subscabris. Michaux. Flor. 1. p. 168. Hab. in sabulosis aridis Carolinae.

17? *bulbosum*, pusillum, radice globosa, caul. debili diphyllo, fol. laterali tripartito, pinnulis divisis. Michaux. p. 168. Hab. ad ripas prope Knoxville. Martio solo nivoso floret. M. An distinctum genus?

698. ANGELICA. *Fructus* subrotundus, solidus, utrinque 3-alat. stylis reflexis. *Cor.* aequales: petalis incurvis.

1. *Archangelica*, foliorum impari lobato. Flor. dan. t. 206. Blackw. t. 496. Willd. Sp. 2. p. 1428. Hab. ad rivulos. ♂

2. *sylvestris*, foliolis aequalibus ovato-lanceolatis serratis. Habit. in subhumidis sylvaticis. Caul. laevis rore caesio. ♃

3. *Razoulii*, fol. bipinnatis, foliolis lanceolatis serratis decurrentibus. Gouan. illust. 13. t. 6. Bocc. mus. tab. 99. Hab. in Pyrenaeis. ♃

4. *verticillaris*, fol. divaricatissimis: foliolis ovatis serratis, caule pedunculis verticillato. Jacq. hort. t. 130. Hab. in Italia? Caul. humanae altitudinis et ultra, rore glaucescente. ♃

5. *atropurpurea*, extimo foliorum pari coadunato: foliolo terminali petiolato. L. Corn. canad. 198. t. 199. Lam. enc. 1. p. 172. Hab. in Canada. Caul. atropurpureus. Pe-

tala extus ferruginea, intus purpurascentia. Flor. parvi viridi-rubicundi. Lam. ♃

6. *triquinata*, foliolis inciso-dentatis: imperi rhombeo sessili, lateralibus decurrentibus. Michaux. 1. p. 168. Hab. in Canada. Petiol. 3-partitus.

7. *lucida*, foliolis aequalibus ovatis inciso-serratis. Jacq. hort. 3 p. 16. t. 24. Corn. canad. t. 197. Moris. s. 9. t. 3. f. 8. Hab. in Canada. ♂

699. SIUM. *Fructus* subovatus, compressus, striatus. *Involucrum* polyphyllum. *Petala* cordata.

1. *filifolium*, fol. filiformibus, involucris elongatis. Thunb. prod. 50. Willd. p. 1431. Conium tenuifolium. Vahl. symb. 3. p. 49. Hab. ad Cap. b. spei.

2. *latifolium* (*sulcatum*), caul. elongato sulcato angulato, fol. pinnatis: foliolis lanceolatis aequaliter serratis, umbella terminali. L. Hort. cliff. 98. Flor. Jacq. austr. t. 66. Engl. bot. t. 204. Willd. 2. p. 1431. Hab. in rivulis paludosis. ♃

Obs. Fol. radicalia primo vere sunt supradecomposita et bipinnata, caulina vero et quae aestate gignuntur simpliciter pinnata. Willd. Haec et sequens species plurimum confunduntur.

3. *angustifolium* (*incisum*), caul. ramoso striato: fol. pinnatis: foliol. incisolobatis umbellis axillaribus pedunculatis, involucro universali pinnatifido. Jacq. aust. t. 67. Engl. bot. t. 139. S. nodiflorum. Flor. dan. t. 247. Hab. in aquosis. Involucr. etiam integrum.

Obs. Nomen triviale Lin. hujus et prioris speciei mutari debet, cum ab omnibus fere auctoribus hae duae plantae ob nomina haec incongrua commutentur.

4. *nodiflorum*, (debile), caul. procumbente, fol. pinnatis: fol. ovatis umbellis axillaribus sessilibus. Moris. hist. s. 9. t. 5. f. 3. Hab. ad ripas fluviorum. Involucrum saepe deest, aut 1-phyllum.

5. *repens*, caule repente, foliolis subrotundis dentato-angulatis. Jacq. aust. 3. p. 34. t. 260. Hab. in pratis humidis et inundatis.

Obs. Sison *inundatum* huic simile sed in S. repente, folia sunt latiora obtusiora uniformia, et umb. quadriradiatae involucro universali instructae. Willd. p. 1433.

6. *Sisarum*, fol. pinnatis: fol. floralibus ternatis. L. β? *Ninsi*, fol. serratis pinnatis, rameis ternatis, caul. bulbifero. Lam. enc. 1. p. 405. Burm. ind. t. 29. f. 1. Blackw. t. 514. Kaempf. amoen. 817. t. 818. Hab. in China. ♃

7. *rigidius*, fol. pinnatis: foliolis lanceolatis subintegerrimis. Moris. s. 11. t. 7. f. 1. Hab. in Virginia. Caul. rigidulus, et Foliola.

8. *lineare*, fol. pinnatis: foliol. sublanceolato-linearibus subserratis. Michaux. Flor. p. 167. In aquosis Canadae. Priori affine. Involucr. oligophyllum. Umb. radiis. brevibus. M.

9. *japonicum*, fol. pinnatis, foliolis incisis, umb. terminalibus. Thunb. jap. 118. Hab. in Japonia. Caul. flexuosus. Fol. infima maxima. Th.

10. *Falcaria*, foliolis linearibus decurrentibus connatis. Jacq. austr. t. 257. Falcaria. Riv. pent. t. 47. Moris. s. 9. t. 8. f. 1. Hab. in agris, inter segetes.

Obs. A nonnullis auctoribus distinctum genus hac ex specie conficitur.

11. *grandiflorum*, fol. bipinnatis, foliolis subrotundis inciso-dentatis. Thunb. prod. 50. Hab. ad Cap. b. spei.

12. *paniculatum*, fol. bipinnatis, foliolis linearibus inciso-pinnatifidis. Hab. ad Cap. b. spei.

13. *patulum*, fol. bipinnatis, foliolis trifidis, ramis diffusis. Thunb. prod. 51. Hab. ad Cap. b. spei.

14. *graecum*, fol. bipinnatis, foliolis lanceolatis serratis summis confluentibus. Willd. Ligusticum graecum, folio a ii. Tournef. cor. 23. Hab. in Graecia. Flor. lutei.

15. *decumbens*, fol. bipinnatis, foliolis trifidis, caule decumbente. Thunb. jap. 118. In Japonia.

16. *siculum*, fol. radicalibus ternatis, caulinis bipinnatis. Jacq. hort. t. 133. Zan. hist. 78. t. 128. Hab. in Sicilia, et in collib. Algeriae. Petala lutea. ♃

17. *asperum*, fol. tripinnatis, pedunc. pedicellisque scabris. Thunb. prod. 51. Hab. ad Cap. b. spei, cum 2 sequentibus.

18. *hispidum*, fol. tripinnatis, petiolis pedunculisque scabris. Thunb.

19. *villosum*, fol. tripinnatis, laciniis ovatis inciso-serratis villosis. Thunb.

700. SISON. *Fructus* ovatus, striatus. *Involucra* sub-4-phylla.

1. *trifoliatum*, fol. omnibus trifoliatis: foliol. dentatis: inferiorib. ovalibus dentatis, pedunc. geminis, fructib. oblongis. Michaux. Fl. p. 168. In Canada superiore.

2. *marginatum*, fol. pinnatis, superioribus quinatis: foliol. sessilibus lanceolatis integerrimis, involucr. nullis. Michaux. Hab. in udis Carolinae.

3. *Amomum*, fol. pinnatis, umbellis erectis. L. Jacq. hort. 3. t. 17. Blakw. t. 442. Willd. Sp. 2. p. 1436. Sium aromaticum. Lam. enc. 1. p. 405. Hab. in Galliae, Angliae lutosis et in Carniolia. Umb. universalis 4-fida, radio quarto centrali. L. ♂

4. *segetum*, caul. junceo, fol. pinnatis, umbellis cernuis. Jacq. hort. t. 134. Engl. bot. t. 228. Smith. brit. 1. p. 316. Hab. in Angliae agris et in Helvetia, in solo lutoso calcareo subhumido. Sm. ♂

5. *Ammi*, fol. tripinnatis: radicalibus linearibus: caulinis setaceis: stipularibus longioribus. Hab. in Lusitania, Apulia, Aegypto. Fol. radicalia linearia, supradecomposita, plana: foliolis replicato-imbricatis. L. ⊙

6. *inundatum*, repens, umbellis bifidis. Flor. dan. t. 89. Sium fol. radicalibus capillaribus multifidis, caulinis pinnatis, ultima pinna trilobata. Hall. helv. n°. 780. Hydrocotyle inundatum. Smith. brit. 1. p. 290. Moris. s. 9. t. 9. f. 5. β. Fol. omnibus capillaceis, caul. suberecto. Schumacher Zaeland. 1. p. 90. Hab. in inundatis. ⊙

7. *verticillatum*, foliolis verticillatis capillaribus. L. Light. scot. 2. t. 35. Sium verticillatum. Smith. brit. 1. p. 314. Engl. bot. t. 395. Moris. Sect. 3. t. 7. f. 10. Hab. in Anglia, Gallia, in Pyrenaeis, in pratis humidis salsis.

8. *salsum*, fol. radicalibus compositis, foliolis subverticillato-fasciculatis lanceolatis, caule aphyllo, ramis umbelliferis dichotomis. Lin. suppl. 181. Peucedanum redivivum. Pall. Act. petrop. 1779. 2. p. 252. t. 8. f. 1–3. Sium nudicaule. Lam. enc. 1. p. 407. Hab. in Sibiria locis salsis limosis aridissimis circa Wolgam. Fol. evanidis caul. nudus ex ramulis umbelliferis cum bracteis subulatis. ♃

9. *sylvaticum*, fol. radicalibus longe petiolatis decompositis, foliolis tripartitis: laciniis cuneatis incisis, caul. subaphyllo. Brotero Phytogr. Lusit. n°. 18. Hab. in Lusitaniae umbrosis.

10. *crinitum*, fol. omnibus tripinnatis capillaribus, involucris decomposito-setaceis. Pall. l. c. p. 250. t. 7. Hab. in Sibiria. ♃

701. HUANACA. *Cal*. denticulis minimis, persistens. *Petala* lanceolata, patentia. *Fruct*. ovatus, acutus, lineis tribus striatus. *Involucr*. universale 2-phyllum, tripartitum longum, partiale polyphyllum.

1. *acaulis*, petiol. elongatis 5-phyllis, fol. setaceis quadripartitis. Cav. ic. 6. p. 18. t. 528. f. 2. Hab. in Americae meridion. portu Descado. Pet. luteo-rubra. Umb. 2. laterales longius pedunculatae, masculae. C.

702. BUBON. *Involucra* polyphylla. *Fructus* ovatus, striatus, villosus et glaber.

* *Herbacea.*

1. *macedonicum*, caul. ramosissimo pubescente, foliolis rhombeo-ovatis, inciso-dentatis, dentibus acuminatis, umb. numerosissimis seminibus hirtis. Ait. Kew. 1. p. 351. Willd. Sp. 2. p. 1439. Blackw. t. 382. Hab. in Macedonia, Mauritania et Conchinchina. Umbel. numerosae albae. ♃

2. *rigidius*, glabrum, foliolis linearibus. L. Bocc. Mus. 2. p. 84. t. 76. Barr. ic. 77. Hab. in Sicilia. Flor. flavescentes. Ferulam refert.

** *Fruticosa.*

3. *tortuosum*, caul. fruticoso nodoso, ramis tortuosis divaricatis, involucro minimo, seminib. globosis striatis hirsutis. Desf. Atl. 1. p. 257. t. 73. Hab. in regn. Tunetano prope Kerwan, ubi denso caespite crescit, odoremque aromaticum spirat. D. ♄

4. *Galbanum*, foliolis ovato-cuneiformibus acutis argute serratis, umbellis paucis, sem. glabris caule frutescente glauco. Ait. Kew. 1. p. 352. Pluck. alm. 31. t. 12. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei. Umbellae densae, magnae. ♄

5. *laevigatum*, foliolis lanceolatis obtusissime et obsoletissimeque crenatis, seminibus glabris, caule frutescente. Ait. Kew. 1. p. 352. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

6. *gummiferum*, foliolis incisis acuminatis inferioribus latioribus, seminibus glabris,

caule frutescente. Ait. Kew. 1. Comm. hort. 2. p. 115. t. 58. Hab. in Aethiopia. ♄

703. CUMINUM. *Fructus* ovatus, striatus. *Umbellulae* 4. *Involucra* 4-fida : foliolis simplicibus et trifidis.

1. *Cyminum*. Lin. Cav. ic. 4. p. 36. t. 360. Moris. s. 9. t. 2. Fol. laciniae lineares. Hab. in Aegypto, Aethiopia. ⊙

704. OENANTHE. *Flosculi* difformes : in disco sessiles, steriles. *Fructus* striatus, retusus, subero-so-corticatus, coronatus calyce et pistillo. (Umbel. globosae.)

1. *fistulosa*, stolonifera, fol. caulinis pinnis filiformibus fistulosis, involucr. universali subnullo. Flor. dan. t. 846. Engl. bot. t. 363. Moris. s. 9. t. 7. f. 8. Hab. in Europae fossis et paludibus. ♃

2. *crocata*, fol. omnibus multifidis obtusis subaequalibus. Jacq. hort. 3. p. 32. t. 55. Hab. in paludibus. Venenata, imprimis radix, succo croceo scatens. ♃

3. *prolifera*, umbellularum pedunculis marginalibus longioribus ramosis masculis. Jacq. hort. 3. p. 35. t. 62. Moris. s. 9. t. 7. f. 5. Hab. in Sicilia, Apulia. ♃

4. *globulosa*, fol. bipinnatis, fructibus globosis. Gouan. illustr. 18. t. 9. Sem. crassa ovata, vix striata. Desf. p. 258. Hab. in Lusitania et in regn. Tunetano. ♂

5. *virgata* (stylosa), radicib. tuberosis, foliol. radicalibus argute incisis, ramis virgatis. Poir. it. 2. p. 138. Enc. bot. 4. p. 529. Hab. in Barbaria. Priori affinis. Styli longissimi.

6. *nodiflora*, caul. prostrato, fol. bipinnatis planis, umbell. lateralibus, fructu sulcato scabro. Schousb. Maroc. p. 120. Hab. in Barbar. arenosis juxta fluvios. Involucr. univers. subnullum. ⊙

7. *peucedanifolia*, fol. omnibus linearibus, radicalibus bipinnatis, caulinis pinnatis, involucro universali nullo, radicum napulis ovatis sessilibus. Poll. pal. n°. 192. Fig. 3. Oen. filipenduloides. Thuil. Hab. in pratis uliginosis. Radices nonnullis in regionib. Gallicis (Anjou) a pueris comeduntur.

8. *pimpinelloides*, foliolis radicalibus cuneatis fissis; caulinis integris linearibus longissimis, simplicibus. Hacq. carn. 10. t. 3. Hab. Monspelii et in Europa australi. ♃

9. *inebrians*, foliorum inferioribus pinnis ovatis, superiorum linearibus, petiolis angulatis. Thunb. prod. 49. Hab. ad Cap. b. spei.

10. *tenuifolia*, fol. bipinnatis, pinnis linearibus, summis indivisis. Thunb. prod. 49. Hab. ad Cap. b. spei, cum tribus sequentibus.

11. *ferulacea*, fol. supradecompositis, pinnulis subulatis sulcatis. Thunb.

12. *interrupta*, fol. interrupte bipinnatis, laciniis inciso-serratis. Thunb.

13. *exaltata*, caule striato, seminibus turbinatis striatis. Thunb. prod. 50.

14. *filiformis*, fol. simplicibus filiformibus retusis, flor. pedunculatis. Lam. ill. t. 283. f. 2. Enc. bot. 4. p. 529. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. pedalis, tortuosus, subnudus.

15. *carolinensis*. Oe. *filiformis*, fol. omnibus simplicibus filiformibus fistulosis. Walt. Flor. Carol. p. 113. ♃

705. PHELLANDRIUM. *Flosculi* disci minores. *Fructus* ovatus, laevis; coronatus perianthio et pistillo.

1. *aquaticum*, caulis foliorumque ramificationibus divaricatis. Flor. dan. t. 1154. Hab. in fossis. ♂

706. CICUTA. *Fructus* subovatus, sulcatus. *Involucr.* o : partiale 3-5-phyllum.

1. *virosa*, umbellis oppositifoliis, petiolis marginatis obtusis. Flor. dan. t. 208. Blackw. t. 574. Hab. in paludibus. Fol. pinnata : foliola lanceolata ternata, acute serrata. Rad. tuberosa succo croceo. ♃

2. *bulbifera*, fol. foeniculaceis, ramis verticillatim bulbiferis. Michaux. Flor. 1. p. 165. Hab. in Virginiae et Canadae aquis.

3. *maculata*, foliorum serraturis mucronatis, petiolis membranaceis apice bilobis. Pluck. alm. 31. t. 76. f. 1. Hab. in Virginiae aquosis. ♃

707. ÆTHUSA. *Involucr.* universale o. *Involucella* dimidiata,

3-phylla, pendula. *Fructus* striatus.

1. *Cynapium*, fol pinnatis, foliol. pinnatifidis nitidis. Blackw. t. 517. Curt. Flor. Lond. ic. t. 18. Hab. inter olera, et arvis et in montosis. ⊙

Obs. Planta nociva et fere venenata cum Apio petroselino aut Chaerophyllos. Scand. cerefolio. L. commutari potest sed odore et sapore insipido, praeter notas generis, distinguitur.

708. MEUM. *Cal.* obsoletus. *Petala* inflexa integra. *Involucr.* universale 1-phyllum: partiale paucifolium sublaterale. *Fruct.* elliptico-oblongus utrinque tricostatus.

1. *heterophyllum*, fol. radicalibus pinnatis: foliolis ovatis incisis, caulinis multipartito-setaceis, caul. ramosissimo. Moench. meth. p. 86. Aethusa Bunius. Lin. Willd. p. 1446. Jacq. hort. t. 198. Seseli Bunius. Vill. Delph. 2. p. 588. Moris. s. 9. t. 2. f. 16. Hab. in Pyreneis et in agris Delphinatus. Flor. parvi flavescentes. Fol. inferiora lucida. Caul. ad nudos purpurascens.

2. *Mutellina*, caul. subnudo, fol. duplicato-pinnatis, pinnulis semipinnatis: lobulis lanceolatis. Hall. helv. nº. 763. sub seseli. Gaertn. de fruct. 1. p. 106. t. 23. Phellandrium Mutellina. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1444. Jacq. Flor. Austr. 1. t. 56. Hab. in Alpinis. ♃

3. *Athamanta*, fol. omnibus multipartito-setaceis, vaginis petiolorum dilatatis ventricosis, involucro universali monophyllo. Ait. Kew. 1. p. 354. Aeth. Meum. Lin. Willd. p. 1447. M. athamanticum. Jacq. austr. t. 303. Smith. Flor. brit. 1. p. 309. Ligusticum Meum. Crantz. austr. 308. Roth. germ. II. p. 322. Hab. in alpibus et montosis in pratis.

4? *fatuum*, fol. omnibus multipartito-setaceis, vaginis petiolorum angustis, involucro universali polyphyllo. Ait. Kew. 1. p. 355. sub Aethusa. Hab.... ♃ †

709. CORIANDRUM. *Cor.* radiata: *Pet.* inflexo-emarginata. *Involucr.* univers. 1-phyllum; Partialia dimidiata. *Fructus* sphaericus.

1. *sativum*, fructibus globosis. Lin. Willd. Sp. p. 1448. Engl. bot. t. 67. Hab. in agris. Cal. stylique persistentes.

2. *testiculatum*, fructibus didymis. Pluck. alm. 120. t. 169. f. 2. Moris. s. 7. t. 2. f. 2. Hab. in Europae australis agris. Cal. et styli decidui. ⊙

710. MYRRHIS. Umbella composita. *Involuc.* erecta. *Fruct.* oblongus profunde sulcatus: angulis submembranaceis.

1. *odorata.* Scandis odorata. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1449. Jacq. Flor. austr. append. t. 37. Odorata. Rivini. Pent. t. 57. Chaerophyllum. Lam. enc. 1. p. 683. Hab. in sylvis montosis. Sapor praesertim fructus, qui magnus, anisatus. ♃

711. SCANDIX. Umbella simplex. Flor. radiati. *Involucr.* polyphyllum, emarginatum aut pinnato-incisum. *Fruct.* rostro longissimo terminatus, subpilosus.

1. *chilensis*, foliolis integris ovato-lanceolatis. Molina Chil. Willd. Sp. 2. p. 1449. Hab. in regno Chilensi. †

2. *Pecten*, foliolis multifidis seminib. majoribus subglabris. Jacq. Flor. austr. t. 363. Flor. dan. t. 844. Hab. frequens in agris inter segetes. Involucr. foliol. emarginata et incisa.

3. *australis*, foliolis multifidis, seminibus rostro attenuato incanis pilosioribus, flor. radiatis. Lin. Anisomarathrum. Col. ecphr. 1. t. 90. Hab. in Europa australi et Creta.

Obs. Priori similis, pro cujus varietate a nonnullis sumitur, sed omnibus partibus tenuior, nec involuc. ita emarginata.

4? *grandiflora*, umbell. subsexfidis, sem. rostro aciculari hispidulo, petalo exteriore maximo. Lam. enc. 1. p. 686. sub Chaerophyllo. S. sem. pedunculo villoso brevioribus. L. Tournef. cor. 23. Hab. in Oriente.

5. *pinnatifida*, involucr. pinnatifidis, fol. digitatis, laciniis multifidis. Vent. Hort. Cels. p. 14. t. 14. Hab. in Persia, inter Amadam et Therun.

712. OLIVERIA. Umbella simplex. *Involucr.* polyphyllum longius. *Cal.* 5-dentatus. *Petala* 2-partita. *Fruct.* ovato-teres hirsutus.

1. *decumbens.* Vent. Hort. Cels. p. 21.

t. 21. Cresc. circa Bagdad, ubi ab Olivier, entomologo celebri inventa est haec species. Fol. 3-5-fida. Odor fere Thymi. V. ⊙

713. ANTHRISCUS. Umbella composita. *Involucella* lanceolata erecta. *Fruct.* ovatus pilis scaber, rostro glabro.

1. *vulgaris*, seminib. ovatis hispidis, caul. laevi, umbel. sublateralibus, petiol. margine villoso-ciliato. Scandix Anthriscus. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1450. Jacq. austr. t. 154. Caucalis scandicina. Roth. germ. 2. p. 312. Chaerophyllum. Lam. enc. 1. p. 606. Hab. in Europ. praesertim australioris aggeribus, ad sepes inter segetes. Vere. ⊙

2. *nodosa*, seminib. subcylindricis hispidis, caule hispido, geniculis tumidis. L. Mant. 356. sub scandice. Moris. s. 9. t. 10. f. 4. Hab. in Sicilia, Germania et circa Parisios.

3. *trichosperma*, seminib. hirsutissimis pilis semine duplo longioribus. Lin. Mant. 57, sub scandice. Hab. in Aegypto. Caul. plures, obliqui. Folia bipinnata, foliolis ovato-lanceolatis, inciso-serratis, margine scabris. Flor. conformes, carnei.

714. CHÆROPHYLLUM. *Involuc.* reflexum, concavum. *Petala* inflexo-cordata. *Fructus* oblongus, lævis, aut striatus, glaberrimus.

* *Cerefolium, seminib. laevibus. Involucr. universale passim 1-2-phyllum.*

1. *sylvestre*, caule striato, geniculis tumidiusculis, sem. laevibus. Jacq. austr. t. 149. Willd. Sp. 2. p. 1452. Hab. in Europae pomariis et cultis. Magna ramosissima odore tetra. Sem. dein fusca.

2. *verticillatum*, glaberrimum, foliis variis: radicalib. pinnatis: fol. majusculis cordatis subaliquis serratis, ceteris decompositis. Hab. in Europa. Hort. Paris. Praeter fol. radicalia priori simile, sed minus.

3. *sativum*, seminib. laevibus, umbell. lateralib. subsessilibus, involucr. universali foliiformi. Scandix cerefolium. Lin. Willd. p. 1450. Blackw. t. 236. Hab. sponte in agris Europae australis, frequens in hortis pro usu culinari colitur. Sem. nitida, dein nigricantia.

4. *procumbens*, seminib. nitidis laevibus, fol. decompositis, caul. procumbente scandix procumbens. Lin. Moris. s. 9. t. 11. (f. ult.) Hab. in Virginia. Umb. radiis ut plurimum tribus. Sem. tenuia, nigricantia.

5. *glaberrimum*, fol. radicalibus 2-3-ternatis: foliol. ovatis obtusis; caul. lanceolatis, involucr. submonophyllo, sem. laevibus acutis. Desf. Atl. 1. p. 260. t. 74. sub scandice. Hab. in Atlante prope Flemsen. Umb. fol. oppositae, pedunculatae.

** *Seminib. striatis.* (Chaerophyllum.)

6. *bulbosum*, caule laevi, geniculis tumido, basi hirto. Jacq. austr. t. 63. Pluck. calm. 249. t. 206. f. 2. Hab. ad saepes. Radix turbinata s. obovata. Caulis sexpedalis.

7. *aristatum*, caule laevi geniculis tumido, seminibus hirtis biaristatis. Thunb. jap. 119. Hab. in Japonia. Caul. striatus glaber. Involucra subulata. Sem. oblonga, albo-villosa. Th.

8. *temulum*, caule maculato scabro: geniculis tumidis. Jacq. austr. t. 65. Curt. Flor. Lond. ic. Moris. s. 9. t. 10. f. 7. Hab. ad arvos, vias et sepes. Umbellae virgines cernuae. Sem. striata. L. ♂

9. *capense*, caule laevi aequali, seminibus sulcatis, foliolis trifidis glabris. Thunb. prod. 51. Hab. ad Cap. b. spei.

10. *scabrum*, caule aequali, foliolis incisis acutis hirtis, pedunc. scabris. Thunb. jap. 119. Hab. prope Jedo in Japonia.

11. *palustre*, fol. tripinnatis latis, foliol. inciso-serratis, fruct. biaristatis divergentibus. β. *hirsutum*, fol. hirsutis. Lin. Willd. p. 1455. Lam. enc. 1. p. 683. Jacq. austr. t. 148. Moris. s. 9. t. 10. f. 6. Hab. in montosis, praesertim ad rivulos.

12. *aromaticum*, caule aequali, foliolis cordatis serratis integris, fructib. biaristatis. Jacq. austr. t. 150. Bocc. mus. 2. p. 29. t. 19. β. Myrrhis orientalis angelicae folio tuberosa radice. Tournef. cor. 22. Hab. in Lusatia, Misnia, Austria, Silesia. Fol. Aegopodii Podagrariae. ♃

13. *canadense*, fol. ternatis, foliolis ovato-acutis subincisis. Sison canadense. Lin. Willd. p. 1436. Myrrhis canadensis. Riv. pent. t. 53. Gaertn. de fr. 1. p. 109. Hab. in Amer. septentrionali. Sem. breviuscula, subobliqua.

14. *Claytoni*, foliol. oblongo-ovalibus subpinnatifido-lobatis, umbella paucira-diata divaricata, fruct. laevigatis. Myrrhis. Michaux. Flor. 1. p. 170. Hab. in montib. Alleghanis.

15. *coloratum*, caule aequali, fol. supradecompositis, involucellis coloratis. L. Jacq. hort. t. 51. Moris. s. 9. t. 10. f. 6. Hab. in Illyria. Caul. hirsutus. Involucella ovata,

ovata, acuminata, luteo-colorata ut in Bupleuris. Cor. lutea.

16. *aureum*, caule aequali, foliolis incisis, seminib. coloratis sulcatis muticis. Jacq. austr. t. 64. Rupp. jen. 3. p. 282. t. 5. Hab. in Germania, Helvetia. Semina flava sulcis 4, obtusis, remotis. ♃

17. *arborescens*, fruticosum. L. Syst. 6. Hab. in Virginia. Fol. Chaerophylli sylvestris, amplo, supradecomposita, pinnis patentissimis. L. ♄ †

715. IMPERATORIA. *Fructus* subrotundus, compressus: medio gibbus, margine alato cinctus. *Petala* inflexo-emarginata.

1. *Ostruthium*. L. Blackw. t. 279. Hab. ad radices alpium Helvetiae, Austriae, Alverniae. Fol. ternata, latiuscula, serrata. Involucr. uno alterove foliolo tenuissimo. ♃

716. SESELI. *Umbellae* globosae. *Involucr.* foliolo uno alterove. *Fructus* ovatus, striatus.

1. *filifolium*, foliis filiformibus, caule flexuoso erecto. Thunb. prod. 51. Hab. ad Cap. b. spei.

2. *pimpinelloides*, caule declinato, umbellis nubilibus nutantibus. L. Meum nutans. Moench. meth. p. 86. Habit. in Europa australiore. Fol. pinnata, pinnis multifidis, segmentis alternis. Caul. primo decumbens, sub florescentia ferme erectus foliolo uno alterove: petiolo membranaceo, spathaeformi. Semina ovalia striis 3, elevatis. Lin. ♃

3. *leucospermum*, caul. erecto flexuoso fol. setaceis, involucr. submonophyllo, involucel. foliolis basi connatis, radiis umbel. germinibusque tomentosis. Plant. hongar. p. 92. t. 98. Cresc. in montib. apricis calcareis Budae. Fruct. sulcatus, coronatus. Umbellulae primo nutantes. Rad. resinosa. l. c.

4. *montanum*, petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, fol. caulinis angustissimis. Blackw. t. 426. β. *multicaule*, fol. bipinnatis, foliolis linearibus simplicibus trifidisque, involucellis subulatis. Retz. obs. 3. p. 27. Jacq. hort. 2. p. 59. t. 129. Meum nudicaule. Moench. method. p. 86. Hab. in Galliae, Italiae collibus. Caul. teres laevis. L. ♃

5. *striatum*, petiolis rameis membranaceis emarginatis, caule striato, pinnulis subulatis sulcatis. Thunb. prod. 51. Hab. ad Cap. b. spei.

6. *glaucum*, petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris: foliolis singularibus binatisque canaliculatis laevibus petiolo longioribus. Jacq. austr. t. 144. Moris. 3. p. 273. s. 9. t. 2, 4. Hab. in Gallia, Austria, Carniolia. Caul. striatus. ♃

7. *aristatum*, petiolis rameis submembranaceis laxis integerrimis, fol. supradecompositis, foliolis lanceolatis aristatis, fructibus ovatis. Ait. Kew. 1. p. 359. Hab. in Pyrenaeis. ♂

8. *annuum*, petiolis rameis membranaceis ventricosis emarginatis. Jacq. austr. t. 55. S. bienne. Crantz. Villars Delph. 2. p. 585. Moris. 3. s. 9. t. 8. Hab. in Pannonia, Gallia, Germania. Caul. subsulcatus. Rad. crassa, non annua. Flor. albicanti-subviolacei. ♃

9. *Chaerophylloides*, petiolis rameis membranaceis ventricosis integris, caule dichotomo paniculato, fol. supradecompositis glabris. Thunb. prod. 51. Hab. ad Cap. b. spei.

10. *Ammoides*, caul. ramosissimo, fol. radicalibus foliolis imbricatis. L. Jacq. hort. t. 52. Hab. in Lusitania, Italia. ☉

11. *tortuosum*, caule rigido divaricato ramosissimo. Oenanthe striata rigida. L. Hort. cliff. Hab. in Europa australi. Var. foliolis cuneatis. ♂

12. *Turbith*, involucro universali monophyllo, seminib. striatis villosis stylatis. Amoen. acad. 4. p. 310. Hab. in Europa australi. ♃

13. *Hippomarathrum*, involucellis connato-monophyllis. Jacq. austr. t. 143. Hab. in Austriae, Carnioliae, Germaniae saxosis. ♃

14. *pyrenaeum*, fol. duplicato-pinnatis; foliolis incisis acutis, involucellis setaceis umbellula longioribus. Gouan. illustr. p. 11. Hab. in Pyrenaeis.

15. *Saxifragum*, caule filiformi divaricato, fol. duplicato-ternatis linearibus, umbellis subsexfidis. L. Sp. pl. 374. Pimpinella saxifraga tenuifolia. Bauh. pin. 160? Conf. Vill. Delph. 2. p. 587. Hab. ad Lacum Genevensem inque Germania. ♃ †

16. *elatum*, caule elongato geniculis callosis, fol. bipinnatis: foliolis teretibus, fructibus scabris. Gouan. illustr. 16. t. 8. Hab. in Austria, Gallia. Fruct. perianth. coronatus. Vill. Delph. p. 580.

* *carvifolium*, fol. bipinnatis, lacin. decussatis linearibus, ramis erectis, seminib.

laevibus. Vill. Delph. 2. p. 586. Hab. in Delphinatu. Involucr. 2-3-phyllum. Involuc. 5-7-phyllum.

717. THAPSIA. (Involucra 0.) *Fructus* oblongus, membrana cinctus. *Petala* flava.

1. *villosa*, foliolis dentatis villosis basi coadunatis. Willd. p. 1464. Moris. t. 9. t. 18. f. 3. Hab. in Hispania, Lusitania, Galloprovincia, Cetio Monspeliensi. ♃

2. *foetida*, foliolis multifidis basi angustatis. Blackw. t. 459. Moris. s. 9. t. 18. f. 7. Hab. in Hispania. ♃

3? *polygama*, fol. decompositis, foliolis acutis, involucro apice pinnatifido. Desf. Atl. 1. p. 261. t. 75. Hab. prope Bone ad littora. Flor. centrales evanidi.

4. *Asclepium*, fol. digitatis · foliolis bipinnatis setaceo-multifidis. Moris. s 9. t. 18. f. 9. Colum. ecphr. 1. p. 87. t. 85. Hab. in Apulia ;Oriente. ♃

5. *garganica*, fol. glabris pinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis lanceolatis. Gouan. illustr. 18. t. 10. Magnol. monsp. t. 286. Hab. in Barbaria, Gargano Apuliae. ♃

6. *trifoliata*, fol. ternatis ovatis. Hab. in Virginia.

718. PASTINACA. *Fructus* ellipticus, compresso-planus. *Petala* involuta, integra.

1. *lucida*, fol. simplicibus cordatis lobatis lucidis acute crenatis. Jacq. hort. t. 199. Gouan. illustr. 19. t. 11, 12. Hab. in Europa australi. ♃

2. *sativa*, fol. simpliciter pinnatis. Lin. Willd. Sp. p. 1466. *Pratensis*, fol. pinnatis glabris: foliolis ovato-oblongis inciso-lobatis, exterioribus trilobis. Flor. Dan. t. 1206. P. *sativa*. Mill. dict. Blackw. t. 379. Hab. in pratis.

β. *arvensis*, fol. pubescentibus pinnatis, fol. ovatis sublobatis: impari trilobo. Hab. in agris cultis inter segetes. P. *sativa* quorumd. P. *sylvestris*. Mill.? Videtur distincta species, cum minor sit, fol. minus lobata; etiam loco natali differat.

